



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Liber Primvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)



I  
I O S E P H I  
V I C E C O M I T I S

DOCTORIS SANCTÆ  
Theologiæ, ac Colle-  
gij Ambrosiani.

D E A N T I Q V I S B A-  
ptismi Ritibus ac Cæremonijs.  
L I B E R P R I M V S.

*Materies, & ordo operis.*

C A P. I.

**D**E septem Sacramentorum ritibus, ac cæremonijs scripturus, à Baptismo iure exordior, quia hic cæterorū veluti ianua est, qua in Dei maximi famulatū, & Christianæ vitæ societatem ingredimur. Quia vero de baptismi ritibus vniuersa persequi, longum esset; statui, leuiter perstrictis maxime

▲

## 2 De Antiq. Bapt. rit. ac Cer.

Quinque libros auctor promittit. tritis, ac pertulgatis quaestionibus, in reconditorum tractatione paulo diutius immorari. Cuius rei assequenda, atque illustranda causa quinque libros destinavi. In primo de baptismi nominibus, baptisteriis, aqua baptismali, tempore, die, hora, loco, ministro, susceptoribus, ac testibus dicam. Secundus ea, quae ad cathecumenos pertinent, explicabit. In tertio competentium, & electorum caeremonias tradam. Quartum ea, quae inter baptizandum fieri solebant: quintum vero, quae post baptismum adhibebantur, rite vindicabunt.

### Ceremoniarum nomen unde ductum.

#### C A P. II.

Ceremonia à carendo dicta.



ED, priusquam rem propositam aggrediar, breuiter explicandum est, à quo caeremoniarum nomen ductum sit. Macrobius notae antiquitatis, & fidei auctor, caeremonias à carendo dictas fuisse existimat, quod Dei cultus, & religio magis carendo, quam vtendo, cognoscatur, sic enim scribit lib. 3. Saturnal. cap. 3. Seruij Sulpicij opinionem ea de re citans: *superest, vt quid sit religiosum cum Virgilio communicemus. Seruius Sulpicius religionem esse dictam tradidit, quae propter sanctitatem aliquam remota, & seposita à nobis sit, quasi à relinquendo dicta, vt à carendo caeremonia. Idem*

Religiosum, & religio vnde dicta.

sentit S. Augustinus lib. 2. retract. cap. 37. cum rationem afferens, cur cæremoniæ nomen usurpasset, ita inquit: cum autem agerem de observationibus Iudaorum, à quibusdam escais secundum veterem legem abstinentium, dixi, quarundam escarum cæremonia, quod nomen non est in usu literarum sanctarum: ita tamen mihi congruum visum est, quod à carèdo appellatas cæremonias quasi cæremonias memoria teneba, eò quod obseruantes carèat his, à quibus abstinent. Ioachimus autè Camerarius problem. 4. Decur. 3. in disput. de quorundam nomin. orig. cæremoniam, veni gerimoniam, à gerendo natam putat, vt indicentur ea, quæ in sacris solemnibus ritibus geruntur, Alij ( vt in inueniendo nimium sibi placent hominũ ingenia, trahitque quemque laudis cupiditas) cæremonia nomẽ à caritate ducunt. Alij etiã à Carere profectum esse, existimant; nec defunt, qui, quod Cerus veteri lingua sanctum significet, cæremoniam à Cero, sicut à sancto sanctimoniam, deriuatam esse, arbitrentur; quos Iacobus Pontanus, de re literalia bene meritus: volum. 2. progym. latinit. annot. in progym. 24. breuiter indicat. Sed ab his Valerius Maximus longè discrepat lib. 1. cap. 11. vbi cæremonia originem ad Cære oppidum referri oportere, censet, hac occasione; quòd Romæ à Gallis capta, cum Flamẽ Quiritinalis, & Virgines Vestales, omissa rerum suarum cura, ( adeò apud Gentiles quoque religio publica priuatis affectibus antecellebat ) simulacra Deorum ex hostibus erepta, inter se onere parti-

Iudei à certis cibis abstinebant.

Cæremonia à gerendo, quã gerimoniam. Carimoniam à caritate, vel Carere. Cæremonia à Cero. Cæremonia origo à Cære oppido.



#### 4 De Antiq. Bapt. Rit. ac Cer.

tito, traducerent, ad oppidum Care, quod est in Hetruria, primum deuenerunt. Vbi quia benigne, ac humaniter hospitio suscepta fuerunt, Romani grata memoria praestiterunt, ut omnis diuinus cultus, atque religio, *ceremoniae*, à Cere vocarentur. Valerij verba haec sunt: urbe à Gallis capta, cum Flamen Quirinalis, Virginesque Vestales sacra onere partito ferrent, easque pontem Sublicium transgressas & clium, qui ducit ad Ianiculum, descendere cupientes L. Albinus plastro coniugem, ac liberos vehens adspexisset, propior publicae religioni, quam privatae charitati, suis, ut plastro descenderent, imperauit; atque in id Virgines, & sacra imposita, omisso capto itinere, Carete in oppidum prouexit ubi cum summa veneratione recepta, grata memoria ad hoc usque tempus hospitali humanitatem restantur: inde enim institutum est, sacrae ceremonias vocari, quia Caretani ea in fracto Reipub. statu, perinde ac florente coluerunt. Atque haec sunt omnium scriptorum, quos videre potui, de ceremoniarum ethimologia sententiae. In qua varietate, ac dissentione (quod Macrobij, S. Augustini, Camerarij, ac aliorum pace dixerim) posteriorem sententiam sequi malim. Nam, ut verum sit, aliquot ceremonias in carendo positas esse: nemo tamen de liturgia, Dei amore ac alijs affirmarit: Sicut contra, quia multae in abstinendo sitae sunt, à gerendo dictas fuisse minimè consentaneum est. Ac quidem charitatis, aut Cereris nomen ad *ceremoniae* ethimologiam inuestigandam adducere, commentitium est, cum

*Liber primus.*

nihil in eo, præter vocis similitudinem, inuenire possimus, nisi qui aniles fabulas muliebresque sententias amplecti velit. *Ceri* autem vocabulum licet *sanctum* significare eisdem Iacobo Pontano affirmanti cæterisque Hebraicæ linguæ peritis facile assentiar, tamen credibile non est, ab eo *ceremonia* nomen ortum esse, cum multi Romani scriptores id usurparint, qui (præ insita genti ambitione) externorum vocibus uti non consueuerunt, cum proprijs abundarent. Quamobrem restat, ut à *Cære* oppido veram ceremoniæ ethymologiam deducamus. Quòd si vrgeat quispiam, non videri vsque quaque verum, *ceremoniarum* vocem à *Cære* oppido aduectã esse, quia veteres diuinæ paginæ multis locis earum meminerunt, quas ante captam Romam, scriptas fuisse, satis constat facile hoc eludi potest. Nam, cum sacra literarum monumenta Hebraico caractere, ac lingua scripta fuerint, *ceremoniarum* nomen in ipsis vernaculo idiomate non reperitur. sed, qui postmodum ea latinitate donauerunt, rei ipsius significationem retinentes, *ceremonia* vocabulum indidere. De quo non est, ut plura dicantur, tum quia id ex S. Augustini loco facile intelligi potest: tum etiam præcipuè, quòd ad alia propero, quæ huic loco subiecisse, opere pretium duxerim.

Cerus. i. sãctus.

Cærimonia nomen à Romanis scriptoribus vsurpatum.

Cærimonia nomen in sacris literis vsurpatum, quo sensu accipiendum.



**E**XPLICANDA sunt enim varia baptismi nomina, quorū cognitio ad ipsius sacramēti utilitatem, & ritus intelligēdos plurimum proderit. in primis igitur *baptism⁹* appellatur, quo nomine à Græcis accepto etſi profani ſcriptores quodlibet ablutionis genus ſignificant illud tamen, qui res diuinas tradunt, cōmuni loquendi conſuetudine ad eam tātummodò ablutionem accommodarunt, quæ ab Episcopò, vel Presbiteris, aut alio quocunque ſub certa verborum forma miniſtrauit ſi S. Paulum excipias 1. Cor. 15. vbi cum diceret: *quid facient, qui baptizantur pro mortuis, ſe omnino mortui non reſurgunt?* baptizandi verbum pro *affligi* poſuit, vt Ioannes Gagnæius & alij Patres explicuerunt Multa præterea nomina, quæ plena ſunt myſterijs; ad hanc ablutionem ſignificandam tradita ſunt. Nam & *illuminationem*, ſeu *illustrationem*, ac *lumen* S. Paulus ad Hebr. 6. & 10. Dionyſius Arcopagita de Ecceſ. Hierarch. cap. 2. Inſtinus Martyr orat. ad Anton. Pi. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædag. cap. 6. Synodus Læodicena can. 45. Gregorius Nazianzenus orat. 9. 39. & 40. Cyrillus Hieroſolymitanus in procathec. Ioannes Chryſoſtomus in Epift. S. Pauli ad He-

Baptismus  
 ab Ecceſia  
 ſcriptori-  
 bus pro quo  
 accipiat.

Baptizati.  
 affligi  
 Illumina-  
 tio, illustra-  
 tio, ac lu-  
 men.

br. 6. & 10. & catech. ad illuminan. Timotheus Alexandrinus ex respon. canon. interrog. 1. & Elias Cretensis in S. Gregor. Nazianz. orat. 9. 39. & 40. appellant, quia baptizatorum mentes Christi fide illuminantur. *circumcisionem* vero S. Palus nominat ad Coloss. 1. & ad Rom. 6. & S. Ioan. Chryso-  
 mus catech. ad illuminan. & in Epist. S. Paul. ad Coloss. cap. 1. quoniam in eius locum suffectus est. Dicitur amplius *Verbi communio*; quod nomen a S. Gregorio Nazianzeno, & Niceta Serronio iure usurpatum est orat. 40. in S. Bapt. Nam, ut fide Christiana edocti sumus, hoc sacramentum Christo, eterno Verbo, nos copulat, atque eius mortis, & passionis participes efficit, nosque inter nos in eodem Christo conciliat, ac coniungit, & veluti vnum corpus coagmentat. Ex quo factum est, ut *indumentum* quoque a SS. <sup>a</sup> Basilio, & <sup>b</sup> Gregorio vocaretur, ut intelligeremus, baptizatos Christum induere atque in eundem veluti palmites inferi. *sed signum Christi* etiam a S. Dionysio Areopagita lib. de Eccles. Hierar. cap. 2. & *mystica signa* siue *ressera* a S. Basilio exhortat. ad bapt. appellatur quod, qui baptismi sacris imbuti sunt, interiore quadam nota anime impressa ab alijs hominibus distinguantur, sequè mutuo agnoscant. Quarè ex veteri Ecclesie catholice instituto seruari videmus, ut nemo fidelium cum Gentilibus, ac Ethnicis precum vel aliarum rerum sacrarum communione utatur. Ac SS. quidem Gregorius Nazianzenus o-

Circum-  
fio.Verbi com-  
munio.Indumen-  
tuma Exhort ad  
baptif.

b Orat 40.

Signum  
Christi.Mystica si-  
gna, siue

ressera.

8 De Antiq. Bapt. rit. ac Cær.

Bonum,

Obfignatio  
σφραγίς,  
& sigillum

Clem. Alex  
lib. 1. Pad.  
cap. 6  
Seuer. Sulp.  
de vita S.  
Matt.  
Greg. Naz.  
or. 1<sup>o</sup> &  
40. & in  
carm. iamb.  
Io Chryf.  
orat. ad  
bapt.  
Aug. in En-  
ch. de bapt.  
cont. Do-  
nat. cap. 19.

rat. 19. & 40 Ambrosius ad Rom, 2. & Au-  
gustinus in Enchir. ad Laurent. c. 64. *domen-*  
tiam nomine hoc sacramentum vocarunt:  
tum quia nihil afferentibus, nihilque pro-  
meritis datur: ac gratis omnium scelerum  
maculas eluit, ac tollit: tum quia præclara,  
& amplissima munera, intima Sancti Spiritus  
virtute donat, & impertit. Tertullianus  
quoque lib. de pœnit. *obfignationem*, & S.  
Basilii lib. 3. cont. eunom. Elias Cretensis in  
orat. 11. S. Greg. Nazian. & Nicetas Ser-  
ronius in orat. 40. eiusdem Gregor. *σφραγίς*  
appellarunt, quod verbum *sigillum* latine  
reddere possumus, & rectè quidem *sigil-*  
*lum* dictum est, cum baptizati non solum  
fide, ac crucis signo aduersus dæmonis im-  
petus egregiè muniantur, verùm etiam cha-  
ractere, Domini sui, hoc est Christi seruatoris  
imperium intelligant. At alij modò *manus*  
*impositionem*, modò *chrisma*, modò *absolutio-*  
*nem*, modò *crucem*, modò, *sepulturam*, modò  
*fidei*, vel *Christi sacramentum*, modò *purgatio-*  
*nem*, modò *vita melioris pactum*, modò *arcane*  
*perfectionis obfignationem*, modò *diurnam natiui-*  
*tatem*, siue, *originem*, & *generationem*, modò  
*figmenti correctionem*, modò *gratiam* nominant:  
quarum omnium appellationum causam ex  
ritu super baptizatos manum imponendi, vn-  
ctione, quæ adhibetur, natiuæ labis, & alio-  
rum scelerum litura, quam efficit, Seruatoris  
morte & sepultura, quæ refert, fide Chri-  
stiana, quam profiteamur, vitæ innocentia,

*Liber primus.*

profitemur, vitæ innocentia, quam conciliat, <sup>a</sup> *Cæsar. di-*  
 solenni sponſione, quam edimus, ablutione, <sup>al. r.</sup>  
 qua tingimur, virtute, quam obſignat, tem- <sup>b</sup> *Elias*  
 pore, quo ministratur, siue splendore, quem <sup>c</sup> *Cret. in o-*  
 obtinet, hominis instauratione, quam affert, <sup>rat. 39. &</sup>  
 & diuina gratia, qua nos ornat, intelligere <sup>40. eiuf-</sup>  
 possumus. Alij rursus, quia in baptismo di- <sup>dem Greg.</sup>  
 uina clementia, & charitas elucet, hoc sacra- <sup>e</sup> *Adrian.*  
 mentum, <sup>a</sup> *pietatis lauacrum*; quia ab infœlici- <sup>Pap. epist.</sup>  
 bus gentium vepretis in fertile Ecclesiæ solum <sup>ad Con-</sup>  
 transferimur, <sup>b</sup> *plantationem*; quia Christo <sup>stant. Imp.</sup>  
 Domino consecramur, <sup>c</sup> *mysteria*, siue <sup>& Iren.</sup>  
<sup>d</sup> *initia-* <sup>d</sup> *Io. Chryl.*  
<sup>e</sup> *tionem*; quia à vetustatis sordibus abluimur, <sup>orat. ad</sup>  
<sup>f</sup> *expiationem*; quia perpetuæ fœlicitatis scatu- <sup>bapt.</sup>  
 riginem adimus, <sup>g</sup> *fontem æternum* quia diui- <sup>e</sup> *S. Hier. in*  
 nis præceptis obtemperandi initium facimus, <sup>cap. 6. A-</sup>  
<sup>h</sup> *sanctissimorum mandatorum principium*; quia <sup>mos. Amb.</sup>  
 cupiditatũ ardor restinguitur, <sup>i</sup> *carnis abiectio-* <sup>de Sp. S. c.</sup>  
<sup>j</sup> *nem*; quia aqua tingimur; <sup>k</sup> *sacramentum aquæ*; <sup>11 & Iſid.</sup>  
 quia noua creatura, Dei quæ filij efficitur, vel <sup>lib. 2. de of-</sup>  
<sup>l</sup> *innouationem*, vel <sup>m</sup> *sacramentum vitæ nouæ*, vel <sup>fic. cap. 20.</sup>  
<sup>n</sup> *vindam genitalem*, vel <sup>o</sup> *natiuitatem secundam*; <sup>f</sup> *Bal. lib. 3.*  
 siue <sup>p</sup> *salutarem*, vel <sup>q</sup> *regenerationis*, & *renoua-* <sup>cont. Eu-</sup>  
<sup>r</sup> *tionis lauacrum*, vel <sup>s</sup> *generationis sacramentum*, <sup>nom.</sup>  
 vel tandem <sup>t</sup> *vitale lauacrum* dixerunt. Cur au- <sup>g</sup> *Io. Chry-*  
 tem S. Greg. Nazian. orat. 40. in sanctum <sup>soſt orat.</sup>  
 lauacrum: *Sacram mensam, peccati diluuium,* <sup>a</sup> *bapt.*  
*vehiculum ad Deum mentis perfectionem, vita* <sup>b</sup> *Vict. V.*  
<sup>h</sup> *ier. cap. 2.*  
<sup>i</sup> *Gre Naz.*  
<sup>j</sup> *Aug.*  
<sup>k</sup> *Aug.*  
<sup>l</sup> *Aug.*  
<sup>m</sup> *Bal. lib. 3. cont. Eun.*  
<sup>n</sup> *Aug.*  
<sup>o</sup> *Cypr. epist. 2. ad Donat.*  
<sup>p</sup> *Ibidem.*  
<sup>q</sup> *Cypr. Epist. 7. ad Rogat.*  
<sup>r</sup> *S. Paul. Tit. 3.*  
<sup>s</sup> *Aug. lib. cont. Iulian.*  
<sup>t</sup> *Cypr. epist. 73. ad Iubaian. 76. ad magn.*  
<sup>u</sup> *Lib. delapl. & lib. de unit. Eccles.*

10 De Antiq. Bapt. rit. ac Cær.

commutationem, seruitutis depulsionem, cælestis regni clauium, infirmitatis nostræ adiumentum, & Apostolorum princeps 1. Pet. 3. *baptisma saluos faciens*; S. verò Paulus ad Ephel. 5. *lauacrum aquæ mundans in verbo vitæ*; & S. Cyprianus epist. 2. ad Donat. lib. de oper. & eleemos. *aquæ salutaris lauacrum*: Epist. 63. ad Cæcil. *baptisma salutaris aquæ*, Epist. 73. ad Iubaian. *aquam salutarem*, orat. pro martyr. *lauacrum salutare*: & epist. 43. ad Cornel. *sanctificationis baptismum* nuncupauerint, perspicuum est: cum, post huius sacramenti administrationem, fideles olim sacrosanctæ Eucharistiæ mensæ accumbere, salutariq; cibo refici, ac recreari solerent; atque in eo diuina virtus, & gratia in nos diffundatur, quæ nos ab omni peccati sordibus abluit, ad Deum, felicitissimæque cæli sedes euehit, omnibus bonis auget, à vita corporea, & flagitiosa ad spiritualem, & diuinam traducit, à dæmonis tyrannide vindicat, in cælo collocat, ac demum sanctos, Deique filios effectos, æternæ quoque salutis hæredes instituit. Sed, explicatis baptismi nominibus, de baptisterijs agere, sicut propositum est, aggredior.

*An baptisteria semper in Ecclesia fuerint: & de more in fluminibus, fontibus, vis, ac carceribus baptizandi.*

CAP. IV.

**D**E quibus id primò consideremus, quod principio est in omni quæstione consi-

derandum, semper ne, ex quo baptisimus adhiberi cœpit, in Ecclesia Dei extiterint: an aliquando post: & quando tandem à Sanctis Patribus inuenta sunt. Constat inter omnes, primis temporibus, cùm res Christiana in formis, & incohata esset, baptisteria in vsu non fuisse: sed in fluminibus, fontibus, vijs, ac carceribus fidei nostræ proceres Baptismi sacramentum administrasse. Quod si quis minus vero simile arbitretur, ex ijs, quæ in veterum monumentis obseruata hic atroxui, facile erit intelligere. Tertullianus enim reconditissimæ eruditionis vir, lib. de bapt. cap. 1. cùm probare in animum induxisset, parum, vel nihil etiam referre, vt diuini numinis charismata acciperet, qua quis aqua tingeretur, Apostolorum principem in Tiberi baptizasse, meminit his verbis: *nequè quicquam refert inter eos, quos Ioannes in Iordane, & Petrus in Tiberi rinxit.* Origenes verò, magnus ille sanctarum literarum interpres, tract. 7. in Matth. postquam turbas à Christo Domino citra Iordanem grauis morbi periculo leuatas esse, ostendit: in eo Christianæ religionis mysteria impertiri consueuisse, subdit, ita dicens: *vsque trans Iordanem secuta sunt Iesum turba multa, quas & sanauit in ipsis sinibus Iudææ trans Iordanem, vbi baptismus dabatur hominibus.* Cyrillus etiam Alexandrinus, eximia fide, & sanctitate scriptor, lib. 2. in Euangel. Ioan. cap. 57. Christi, & Ioannis baptismum inter se conferens, vtrunque in fluuijs conferri solitum esse, docet: cùm inquit: *baptizabat enim Christus*

Baptisteria primis temporibus in vsu non erant. Baptismus in fluminibus, fontibus, vijs, ac carceribus.

S S. Ioannes in Iordane, & Petrus in Tiberi baptizauerunt.

12 De Antiq. Bapt. rit. ac. Car.

per discipulos suos, Iohannes quoque ipse non per alios, sed manibus suis: nec in eisdem fontibus, in quibus Christus hac faciebat, sed iuxta Salim, & in fonte quodam certo, atque vicino; ut etiam hac fontis determinatione subobscurè, & enigmaticè subaperiret, baptismum suum, cum esset imperfectus, introductorium ad perfectionem fuisse. Simile est illud Vualfridi Strabonis lib. de reb. Eccl. cap. 26. sciendum autem, primò simpliciter in fluuijs, vel fontibus baptizatos credentes: ipse enim Dominus noster Iesus Christus, ut in nobis idem consecraret lauacrum, in Iordane baptizatus est à Ioanne, & sicut alibi legitur: orat Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim, quia aqua multe erant ibi. Quin etiam maximam huic rei fidem faciunt verba, quæ in Honorio Augustodunensi leguntur libris, quibus gemma animæ titulus est, lib. 3. cap. 106. sciendum est, quòd Apostoli, & eorum discipuli in fluuijs, vel stagnis, vel in fontibus baptizabant: sed Clemens, docente Petro, chrisma, vel oleum addidit. Verùm quid riuulos consectamur, cum diuinæ scripturæ fluentia adire liceat, quibus, ceu fonte perenni, omnes scriptores suos hortulos irrigarunt? Sic verò Actor. 16. cum Lydiæ, & domesticorum baptismi mentio incidit, scriptum est: die autem sabbathorum egressi sumus foras portam iuxta flumen, ubi videbatur oratio esse, & sedentes loquebamur mulieribus, quæ conuenerant: & quædam mulier nomine Lydia purpuraria Thyatirensium, colens Deum audiuit: cuius Dominus aperuit cor, intendere his, quæ dicebantur à Paulo. cum autem baptizata esset, & domus eius, deprecata est,

Liber, gemma animæ inscriptus, est Honorij Augustodunensis.

Apostoli, ac eorum discipuli in fontibus, vel stagnis baptizabant.

dicens, &c. En Paulus Lydiam sacris baptis-  
malibus in fluuio insignit. Nam, vt recentio-  
res interpretes omittam, præsertim <sup>a</sup> Step-  
hanum Durantum, & <sup>b</sup> Ioannem Lorinum, qui  
uarijs in locis ea verba de baptismo in flumi-  
ne exposuerunt, rationibus etiam, & coniectu-  
ris hanc esse sententiam, quis facile intelliget:  
si causam egrediendi ad flumen, & alterius a-  
quæ defectum perpendere velit. Ibidem car-  
ceris custos cum vniuersa familia in carcere  
aquis lustralibus admouetur: *baptizatus est ip-  
se, & omnis domus eius continuo.* Quis autem  
credat, in carceribus baptisteria fuisse? igitur  
absque illis spiritualis regenerationis myste-  
ria celebrabantur. Sed nihil apertius testimo-  
nio Actor. 8. dum irent, inquit, per viam, vene-  
runt ad quandam aquam, & ait Eunuchus: ecce a-  
qua. quis prohibet, me baptizari? dixit autem Phi-  
lippus: si credis ex toto corde, licet: & respondens,  
ait: credo filium Dei esse Iesum Christum: & iussit  
stare currum, & descenderunt uterque in aquam,  
Philippus, & Eunuchus, & baptizauit eum.  
Quare nemini mirum videri debet: si multa  
exempla similia veterum annales suppedi-  
rent: vt, cum legimus, S. Marcum, Euange-  
lij scripti gloria illustrem, Beato Auxibio So-  
lensi Archiepiscopo, quem Christianæ reli-  
gionis amplectendæ studio teneri noverat, in  
fonte, fortè inter eundem obuio, baptismi sa-  
cramentum contulisse: vt est apud Simeo-  
nem Metaphrastem de vita ipsius S. Auxibij:  
*Apostolus autem Christi Marcus, videns eum te-  
neri Christi desiderio, & esse fidelem, & eruditum,*

<sup>a</sup> De riti-  
bus eccles.  
<sup>b</sup> In Act.  
Apostol.

14 De Antiq. Bapt. rit. ac Cer.

Baptismus  
in priuatis  
ædibus ad-  
ministra-  
tus.

Baptismus  
in mari.

§§. Anata-  
lon, & Ca-  
ius in fon-  
te Eustor-  
giano bap-  
tizarunt.

descendens ad fontem, cum baptizauit: S. Apol-  
linarem, primum Ecclesiæ Rauennatis Epif-  
copum, eos, qui ab inani superstitione ad Dei  
religionem traduci cupiebant, vel in priuatis  
ædibus, vel in mari, summi pastoris nota mu-  
niuisse: de quo eius vita, *ijs autem*, inquit,  
qui jam in Christum credebant, missus, & bap-  
tizata faciebat in domo Tribuni cum discipulis suis:  
& Paulo post: habebant autem Christiani tigu-  
rium non longè à mœnibus, in quo ille missas facie-  
bat: baptizabat autem in mari, in nomine Patris,  
& Filij, & Spiritus sancti: & S. Barnabam, stu-  
dio fidei propagandæ accensum, cum primos  
salutis nuncios vrbi Mediolano afferret, in  
fluuio baptizasse, quod testantur non modò  
huius Ecclesiæ tabulæ, sed etiam exiguus fons  
non longè à Basilica Eustorgiana, in quo Apo-  
stolum baptismi sacramenta peregisse, præter  
Iosephi Ripamontij, insignis historici lib. 1.  
Eccles. Mediolan. histor. & Galuanei veteris  
scriptoris autoritatem cap. 220. de orig. Ec-  
cles. Mediolan. vulgata multorum sæculo-  
rum opinio est: quæ sanè consuetudo in mul-  
tos durauit annos: adeò vt SS. Anatalonem,  
& Caium in eodem fonte Christiana sacra  
impertiuisse, idem Galuaneus cap. 229. & 231.  
sua historię tradiderit, quem ego & plurimi  
facio propter antiquitatem, & eò libentius  
attuli, quòd Bibliotheca Ambrosiana, omni  
librorum supellectile ornatissima, manu exa-  
ratum, publicæ vtilitatis causa suppeditat; vt  
qui eum legerit, fidem meam in dubium mi-  
nimè sit vocaturus. Quòd si me roges, vnde

in fluuijs baptizandi occasio nata sit? authore  
 utar Vualfrido Strabone, quilib. de reb Ec-  
 cle. cap. 26 à baptismo Christi, qui in Iorda-  
 ne peractus est, huiusque mysterij symbolum  
 fuit, rectè profectam esse, tradit in hunc mo-  
 dum: *sciendum autem, primò simpliciter in fluuijs,*  
*vel fontibus baptizatos credentes; ipse enim Domi-*  
*nus noster Iesus Christus, ut in nobis idem consecraret*  
*lauacrum, in Iordane baptizatus est à Ioanne. Ve-*  
 rùm alia quoque causa afferri potest, eorum  
 videlicet, qui ad fidei sacramentum accede-  
 bant, multitudo, rerumque omnium, quibus  
 Ecclesia præmebatur, angustia. Nam, cum fe-  
 rè vniuersus orbis ad Euangelijsem accipien-  
 dum benè subactus esset, plurimis vno tem-  
 poris iectu salutare lauacrum ministrare, planè  
 necesse erat: quod ne in certis baptisterijs, ac  
 locis fieri posset, Ecclesie nascentis pauper-  
 tas, & tyrannorum in Christianos debacchã-  
 tium furor, & crudelitas retardabat.

Occasio  
 baptizandã  
 in fluuijs  
 vnde nata.

Christus  
 quare in  
 iordane bap-  
 tizatus.

Cur Eccle-  
 siæ surgen-  
 tis initio  
 baptisteria  
 in vsu non  
 essent.

*Baptisteria s. Dionisij tempore instituta, de què  
 eorum stabili in Ecclesia vsu.*

C A P. V.

Postquam verò illos primos Ecclesie suæ  
 operarios diuina bonitas ad gloriosam  
 laborum mercedem ex agro eduxit: multos  
 iam persequentium ad saniora consilia tra-  
 ductis, atque Ecclesie cultu, splendoreque  
 in maius aucto, baptisteria amplissima insti-  
 tuta fuere; in quibus Christiani Antistites tutò

Baptisteria  
quando, &  
qua occa-  
sione insti-  
tuta.

Baptiste-  
riorum v-  
tus in Ec-  
clesia con-  
tinuus fuit.

Symbolum  
quando, &  
quibus  
traderetur

fidelem populum aquæ salutari sacramentō  
expiarent. Nec sanè vnquam in posterum hæc  
consuetudo in Ecclesia, sicut pleræque aliæ,  
temporis diuturnitate sublata est, sed iam in-  
de à S. Dionysij Areopagitæ ducta tempori-  
bus, vsque ad nos, quasi per manus, stabilis,  
ac firma deriuauit, de qua ipsius Dionysij ver-  
ba audiamus l. de Eccles. Hierarch. c. 4. vnde  
(ut reor) purganti quoque baptisterio iactibus in cru-  
cem formatis infundens Pontifex, palam speculati-  
uis oculis indicat &c. Subijciendum verò hoc  
loco S. Athanasij testimonium arbitror, qui  
epist. ad omn. Orthod. Arianorum vim, &  
feritatem in sanctam Ecclesiam, & Baptiste-  
rium persequens, doloris, & acerbatis ple-  
nus, erumpit: *quid similiter in bello, & persecu-  
tione factum est vnquam? siquidem & baptisterijs,  
& Ecclesijs flamma iniecta.* S. etiam Ambro-  
sius Epist. 53. se præcipua fidei Christianæ capi-  
ta in baptisterijs docuisse, significat his verbis:  
*die Dominica post lectiones, atque tractatum di-  
missis Catechumenis, Symbolum aliquibus compe-  
tentibus in baptisterijs tradebam Basilica.* Et Da-  
masus Papa in Pontific. de Syluest. I. Baptiste-  
rij Constantiani formam, atque elegantiam  
explicans, *fontem, inquit, sanctum, ubi baptiza-  
tus est Augustus Constantinus, ex lapide porphyre-  
tico.* Quibus congruunt S. Augustini verba lib.  
22. de Ciuit. Dei cap. 8. cum mulieri cuidam  
gravi, diuturnoque morbo pariter afflictæ,  
integram valetudinem in baptisterio redditam  
esse, referret: *Carthagine Innocentia, religiosissima  
fœmina, in mamilla cancrum habebat, admonetur*



somnis, appropinquante Pascha, ut in parte scimi-  
 narum obseruanti ad baptisterium quacunque illi  
 baptizata primitus occurrisset, signaret ei locum sig-  
 no crucis Christi & lib. de cur. pro mort. geren.  
 vbi Ecclesiae, & baptisterij mentio est: vidit  
 baptismum suum, & me ipsum, & Hipponem, &  
 basilicam, baptisterium. Nec aliud indicat Socr.  
 lib. 7. hist. Eccl. cap. 4. cum inquit: ille igitur Iu-  
 daeum fidei articulis instruens, & spem in Chri-  
 stum ei annuncians, iubet ad baptisterium in lectulo  
 deponari. & cap. 17. dum in eodem argumento  
 perfistit, ac Episcopi charitatem commendat: Vestis can-  
dida vsus  
baptismo.  
 cumque vestem splendidam pro Iudaeo baptizando  
 emisisset, & alucum baptisterij aqua misceri iussisset,  
 Iudaeum eo deduxit, ut illi baptismum imperiret.  
 Rursus ibidem, insigne miraculum referens:  
 cum Iudaeus esset secundo ad alucum baptisterij de-  
 ductus, aqua rursus penitus euanuit. Preterea  
 Gregorius Turonensis lib. 10. histor. Franc.  
 cap. 28. Regis Gallorum filium in baptisterio  
 aqua lustrali tinctum fuisse, meminit his ver-  
 bis: Rex, postquam conualuit, accessit Parisios, ex-  
 inde ad Rotoialensem villam ipsius urbis properans,  
 euocato puero iussit baptisterium properari in vico  
 Neopodoro. Et cap. 31. narrans suos in Ecclesiam  
 Turonensem egregios conatus, & labores, praeter  
 alia, baptisterium construendum se curasse,  
 testatur: vbi inquit: baptisterium ad ipsam basili-  
 cam aedificari precepi, in quo s. Ioannis, cum Sergy Sanctorū  
reliquia in  
baptiste-  
riis posita.  
 martyris, reliquias posui, & in illo priori baptisterio  
 S. Benigni maris pignora collocaui. Mitto Theo-  
 dorum Lectorem lib. 2. collect. Euagrium li. 2.  
 histor. Eccl. cap. 8. Gregorium Magnum lib. 11.

epist. 24. Ioannem Moscum prat. spiritual. cap. 214. Isidorum Hispalensem Epist. ad Ludfred. Simeonem Metaphrastem in vit. Martin. presb, Nicetam Choniatem lib. 2. thēs. orthod. fid. & multos alios, quorum testimonia & verba, cum de loco, forma, materia, & alijs dicitur, sparsim sequentibus capitibus afferemus. Quæ cum ita sint. ineptè, vt pleraque alia, Ioannes Camisirus in Eccles. reformat, cap. 8. proferre ausus est, baptisteriorum vsum in veteri Ecclesia receptum non fuisse, & nunc à Christi fidelibus frustrà vsurpari. quod grauius ferremus, si quisquam alius hanc sententiam probaret, quam illi, qui ab Ecclesie Catholicæ matris gremio excisi sunt, & deprauatarum opinionum laqueis sese induere. nos autem, quoniam contra eos scribere, qui impiæ vanitatis deliramenta docuerunt, solemus, non possumus, quin alij à nobis dissentiant. recusare. Quod autem in <sup>a</sup> Amphilochio legitur. S. Basilium, & Eubulum, cum loca Christi Domini, Mariæ Virginis, & Apostolorum nobilitata vestigijs, & acerbissimis pœnis insignia, morientisque in cruce Seruatoris sanguine consecrata, insigni cum animi fructu, & pietatis incremento obiussent, in Iordanis fluuio sacrum baptismi munus adeptos esse, id verò idcirco factum esse intelligimus, quod nullum baptisterium abluendis extra Pascha & Pentecosten hominibus præstò erat. Quare, cum huiusmodi exempla in veteri historia, vel apud SS. Patres occurrunt, quibus videatur affirmari, post Natalem Apostolorum diem,

De vit. S. Basil.

seu felicem introitum in vitam illam beatam, & æternam, aliquando in fontibus, vel fluminibus nouam Christo sobolem acquisitam fuisse; ita ea interpretari oportet, vt vel ingruente mortis periculo, vel necessitate cogente vel graui alia de causa facta esse, intelligamus. Nequẽ etiam obstat <sup>a</sup> Bedæ auctoritas de Anglis in flumio Rheno, & Sualua, aut <sup>b</sup> Simeonis Metaphrastis de Teridate Armeniorum Rege, simul cum vxore, ac proceribus in Euphrate baptismi caractere insignitis. Nam nemo dubitat, ea in principio recentis ibi Ecclesiæ Christianæ factitata: quando baptisteria ædificari, temporum angustia non ferebãt quemadmodum eiusdem Bedæ verba significant libro secundo, Histor. Eccles. *nondum enim oratoria, vel baptisteria in ipso exordio nascentis ibi Ecclesiæ poterant ædificari.*

<sup>a</sup> Lib. 2.  
hist. Eccl.  
<sup>b</sup> De vit S.  
Greg Ma-  
gnæ Ar-  
menia.

*De loco baptisteriorum, ea primùm in priuatis ædibus ædificata, tum extra urbem in locis abditis deinceps in porticu ante Ecclesiam, domum in Ecclesia: & quando id fieri ceptum.*

## CAP. VI.

**L**ocus, in quo baptisteria primùm ædificari ceperunt, priuata singulorum ædes, ac domicilia fuere: quòd Imperatores, infestissimi Christiani nominis hostes, in nostra

Baptisteria  
in priuatis  
ædibus, ac  
domicilijs  
primò æ-  
dificata.

B ij

capita grauissimè læuientes, omnem publicè  
 construendi occasionem adimebant. Ità  
 enim colligere licet ex sancti Marcelli Pon-  
 tificis vita, quæ in antiquissimis martyrolo-  
 gijs citatur, à Romanæ Ecclesiæ Notarijs,  
 vt docti viri censent, grauiter, & fideliter  
 conscripta, in qua, Maximiano Imperij gu-  
 bernacula tractante, Carpasius quidam, vir  
 enormi non minus adipe, quàm odio in Chri-  
 sti fidem, & crudelitate notissimus, angustum  
 Baptisterium, à B. Cyriaco domi summa reli-  
 gione extructum, suffecto in eius locum bal-  
 neo, flagitiosissimè deleuit. Ita enim legitur:  
*cum introisset in eandem domum, quam donauerat  
 Beato Cyriaco Diocletianus Augustus, inuenit lo-  
 cum, Vbi Sanctus Cyriacus fontem adificauit,  
 quem consecrauit Beatus Marcellus Episcopus, Vbi  
 frequenter baptizabat Sanctus Cyriacus venientes  
 ad fidem. Tunc Carpasius Vicarius Paganus cru-  
 delissimus, cum in eadem domo inuenisset Baptiste-  
 rium, fecit in loco eodem balneum, quasi ad deri-  
 dendum legem Christianorum. Quod nempe faci-  
 nus, vel aliud simile impiorum hominum fla-  
 gitium in causa fuisse existimo: quare paulò  
 post Baptisteriorum loca mutari incœperint.  
 Cùm enim Gentilium Tyrannis, veluti fœ-  
 dissima lues, liberiorem campum nacta, ma-  
 gis in dies Christianorum animos exerceret:  
 ac nullus iam in vrbe, aut alijs oppidis locus ad  
 fidei mysteria vel suscipienda, vel tradenda  
 securus esset: sanctissimi, & grauisimi ho-  
 mines, quòd nullus Gentilium, eorum stu-  
 dia subodorari posset, extra urbem in oc-*

Baptisteria  
 consecra-  
 bantur.

tisteria  
 ra vrbe  
 ocis ab-  
 is cur  
 titura.

Bap-  
 tist-  
 eria  
 in  
 ur-  
 be

cultis, & abditis locis Baptistaria statuere; in quibus Christi Euangelio collustratos, dato baptismo, noua innocentiae stola decorarent. Cuiusmodi porrò multa, etiam cum Romani Imperatores, ac totus terrarum orbis in Christianorum causam, & partes planè diuinitus inclinasset, veteris consuetudinis studio, ædificata fuere. Constantinum enim Imperatorem, posteaquam flagitiosæ tabis, vitæque tædio captum, haud vana pœnitentia, dolorque offensi numinis cepit, in Nicomediæ suburbio aquis salutaribus tinctum fuisse, locupletissimi scriptores, Socrates, & Sozomenus tradunt; quorum ille lib. 1. histor. Eccles. cap. 26. Imperator, inquit, Constantinus sexagesimum quintum ætatis suæ annum ingressus, in morbum incidit, ac Constantinopoli decedens, Helenopolim traiecit, balneis aquarum natura calidarum, quæ tibi sunt in proximo, usus: ubi verò morbo grauius afflictabatur, lauationem balnearum distulit. Helenopoli autem abscedens, Nicomediam rectè proficiscitur, illic in suburbio commoratus, lauacro baptismatis, quod est Christianorum proprium, tingitur; hic verò lib. 2. histor. Eccles. cap. 32. cum morbo vehementius urgeretur, Nicomediam deportatus est, ibi autem, cum in suburbis commoraretur, sacro sancto baptismatis mysterio initiatus est. Immo etiam Damasus Papa, cum animaduertisset, prope montem, in quo diuinæ mortalium hominum exuuiæ iacebant, splendidos aquarum riuos ad subiectam planiciem irrigandam leni murmure defluere, præ rei Christianæ augen-

æ, atquæ amplificandæ studio, ducta ex illis occasione, baptisterium extruxit: quemadmodum ex Epigrammate, in Ecclesiæ Vaticanæ pariete olim affixo, cõstat; quod in codice peruetusto conscriptum, inter cætera eiusdem Ecclesiæ monumenta extare, Cæsar Baronius refert tom. 4. Annal. ad ann. Chris. 384.

*Cingebat lacus montem, teneroque meatu  
Corpora multorum, cineres, atque ossa rigabant.  
Non tulit hoc Damasus, communi lege sepultos  
Post requiem tristes iterum persolvere pœnas.  
Protinus aggressus magnum superare laborem,  
Aggeris immensi deiecit culmina montis.  
Intima sollicitè perscrutans viscera terre,  
Siccavit totum, quicquid madefecerat humor.  
Inuenit fontem, præbet qui dona salutis.  
Hæc curauit Mercurius leuita fidelis.*

Hoc verò Baptisterium extra vr̄bis mœnia fuisse, vt alijs argumentis supersedeam, illud indicio est, quòd in sanctorum martyrum sepultura loco extructum fuit; quam multis passibus ab vr̄be construi solitam, nemo, veteris consuetudinis memor, inficiabitur. Præterea, cum à Leone Pontifice Paschasinus Episcopus Lilybetanus anni futuri diem, qui Christo resurgenti est sacer, ex certa eorum temporum consuetudine, omnibus denunciare iuberetur; Christianos, qui solis occidentis regiones incolebant, anno superiori in ea re graniter offendisse, docet hoc miraculo; quòd, baptisterio in celsis montium iugis, densaque sylua existente, vbi fons sine vlla fistula, vicinauè aqua, Paschatis

Sepultura  
veterum  
Christiano  
rum erat  
extra vr̄bē.

Paschatis  
futuri dies  
quotannis  
denunciabatur.

tempore, hora baptismi consueta, sponte replebatur, eo die comparatis ad baptismum necessarijs, aqua solitam fluxionem cohibuerit, eius enim verba, quæ tom. i. Concil. habentur ante epistolam Leonis sexagesimam secundum, hæc sunt: *quædam vilissima possessio Meltrinas appellatur, in montibus arduis, ac fluis densissimis constituta, illicque per parua, atque vili opere constructa est Ecclesia, in cuius baptisterio nocte sacrosancta Paschali baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur paucisq; qui fuerint consecratis, cum deductorū nullum habeat ut aqua venerat ex sese descendit. Tunc ergo (sicut supra diximus) cum sanctæ memoriæ di-* Beatissimi tituli Pontificis appellati  
*uino quondam meatu, ac beatissimo Papa Zosimo, cum apud Occidentales terror ortus fuisset, consuetis lectionibus nocte sancta discussis, cum presbyter secundum morem, baptizandi horam requireret, usque ad lucem aqua non veniente, non consecratis, qui baptizandi venerant, recesserunt. Ut ergo breuiter narrem, illa nocte, quæ lucebat in diem Dominicam, 10. die Kalendas Maij fons sacer hora competenti repletus est. Euidenti ergo miraculo claruis, Occidentalium partium fuisse errorem. Extat etiam baptisterij extra urbem non obscura Gregorij Turonensis authoritas lib. 5. hist. Franc. cap. 11. vbi ille de Iudæis aliquot, post solennem fidei professionem, ab Auito Episcopo baptizatis ita inquit. Illi autem diu astantes, atque dubitantes, tertia die, ut credo, obrentu Pontificis coniuncti in unum, ad eum mandata remittunt, dicentes, credimus Iesum filium Dei viui nobis prophetam vocibus repromissum, & ideo petimus,*  
 B iij

Baptisteria  
quando  
cœperint  
ædificari in  
vrbe Bap-  
tisteria erāt  
in porticu.

vr abluamur baptismo, ne in hoc delicto permaneamus, gaudius autem nuncio Pontifex, nocte sancta Pentecostes, vigilijs celebratis, ad baptisterium foras murancum egressus est; ibique omnis multitudo coram eo prostrata, baptismum flagitavit. Alij tamen, statim ac Christianæ rei benè esse cœpit, publica baptisteria in urbibus, non tamen in Ecclesia, sed prope ipsam in porticu ædificari voluerunt. Equorum numero fuit illud S. Martiani presbyteri, cuius eximiam speciem Simeon Metaphrastes admiratur, in eius vita scribens: quomodo pulcherrimi quoque ab eo constructi illuminatorij, quod quidem solemus vocare Baptisterium, paucis explicare quis possit pulchritudinem, quod videntibus cum admiratione magnam profundis voluptatem? comprehensum enim est à quinque porticibus, sicut probaticam quoque aiunt piscinam, qua est in Hierusalem. Constantinus etiam Imperator, eiusmodi baptisterium se extruxisse, meminit in edict. ad Syluest. Pap. vbi fideles admonet: interea nosse volumus omnem populum uniuersarum gentium, construxisse nos intra palatium nostrum Lateranense, eidem saluatori Domino Deo Iesu Christo Ecclesiam à fundamentis cum baptisterio, &c. Quod ipsum Damasus confirmat, in vit. S. Syluest. dicens: huius temporibus fecit Constantinus Augustus basilicas istas, quas & ornauit: Basilicam Constantinianam, fontem sanctum, vbi baptizatus est Augustus Constantinus &c. Quibus locis palam, est Constantini baptisterium apud Ecclesiam fuisse: cum & Ecclesiam, & baptisterij distincta mentio fiat; quæ, si alterū in alte-

ra inclusum fuisset, superuacanea videretur.

Eodem quoque loco id positum fuisse, necesse est, quod ab Arianis, notæ audaciæ hominibus, dum Christianam pietatem furore in audito, & inuisitata rabie extinguere, ac se pelire conarentur, Alexandria, per summum scelus, admoto igne consumptum fuit. De quo, ut pauerat, grauius questus epist. ad vbi que Orthodox. S. Athanasius, inquit. *Vbi enim apud præcos talis tragædia, aut quid simile in bello, & persecutione factum est unquam: siquidem & Ecclesijs, & baptisterijs flamma iniecta. & paulo post, vidisses eos aues & nuces pineas immolare, Idola sua laudibus efferre, in Dominum nostrum saluatorem, Iesum Christum, & filium viuientis conuicia, verborumque contumelias iacere, sacros scripturarum libros, quos in Ecclesijs inueniebant, comburere, in sacrum baptisterium, præ nefas, Christicidas Iudeos, & atheos, Ethnicos nulla cum reuerentia ingressos, eam verborum, factorumque surpitudinem nudatis corporibus designare, ut pudendum abominandumque sit relatu. Nam, si in Ecclesijs baptisteria fuissent, superfluum esset, Ecclesiæ, & baptisterij meminisse, cum secundum priore continueatur. Simile testimonium apud Cyrillum Hierosolymitanum inuenio pro catech. ad baptizan. vbi de varijs baptismi effectibus differens, iam est, inquit, beatitudinis odor in vobis, iam circa porticum Regalis palatij fuistis, utinam vero & ab ipso Rege introducaminis olim fuerunt.* quem locum ut rectè intelligere possimus: animaduertendum est Regalis palatij nomine Ecclesiam sumi, in qua immortalis Deus, Chri-

Porticus  
ante Eccle-  
sias olim  
fuerunt.

26 *De Antiq. Bapt. rit. ac Cær.*

stianæ Reipublicæ princeps, & custos præcipua religione colitur, & ad eos, qui baptizandi erant sermonem esse, vt nempe memores eius promissionis, quam in baptisterio porticibus adhærente, cum catechumenorum coetui adscripti sunt, solenniter ediderant, vita, & moribus tales se præstarent, vt Ecclesiæ locum hoc est, coeleste baptisma, quod in Ecclesia dabatur, consequi mererentur. Et Catech. i. mystagog. ad eos, qui recens sunt baptizati, dum ipsos baptismi ritus ex professo tractaret, ferè in eandem sententiam ait: *primum ingressi estis in porticum domus baptisterij, & stantes versus Occidentem, mandari vobis, audistis, vt protensa manu tanquam præsentem satana renunciaretis. vbi & porticus baptisterij mentio est, & in eo baptismalem renuntiationem factam esse, intelligimus. Porro alterius baptisterij in atrio basilicæ Vaticanæ sub porticibus positi structurâ S. Paulinus ita describit epist. 31. ad Aleth. cum de eadem Apostolorum basilica loquitur: quâso ipsum Apostolum attollebas gaudio, cum totam eius basilicam densis inapum cætibus stipauisses vel qua sub eadem mole tectorum geminis vtrinque porticibus latera diffundit, quauic prætentonitens atrio fusa vestibulo est, vbi cantharum ministra manibus & oribus fluentia ructantem, fastigiatus solido archolus ornat, & inumbrat, non sine mystica specie quatuor columnis salientes aquas ambiens: decet enim ingressum Ecclesiæ talis ornatus, vt, quod intus mysterio salutari gignitur, spectabilis pro foribus opere figeretur, &c. Idem Paulinus Epist. 12. ad Sever, posteaquam cum eo vehementer expostulauit*

quod, baptisterij fonte erecto, ipsius, & Martini imaginem in eo pingendam curauisset: eisdem aliquot Epigrammata cum basilicarum tum baptisterij transmisit: in quorum altero, baptisterium inter duas basilicas interiectum fuisse, restatur: quod est certissimum argumentum, extra Ecclesias baptisteria fuisse. Paulini versus hi sunt:

*Corpore, mente, fide, castissimus incola Christi*

*Condidit ista Deo tecta Seuerus ouans.*

*Isse quas inter diuersi culminis aulas*

*Turrato fontem tegmine constituit.*

*Læta novos geminis partus Ecclesia mater*

*Excipiat sinibus, quos aqua protulerit.*

*Aula duplex relictis ut Ecclesia testamentis:*

*Vna sub ambobus gratia fontis adest.*

*Lex antiqua nouam firmat, veterem noua complet:*

*In Veteri spes est: in nouitate fides,*

*Sed vetus, atque nouum coniungit gratia Christi:*

*Propterea medio fons datus est spatio.*

Sed hoc ipsum in eiusdem Epistolæ serie clarius intelligitur: cum Epigrammatis quasi explicans argumentum, tu vero, inquit, etiam baptisterium basilicis duabus interpositum condidisti ut nos in horum quoque operum, que uisibiliter extruuntur, adificatione superares. In uita etiam S. Genouefæ virginis, quam ex Ms. codicibus nobis suppeditat Laurentius Surius 11. Kalen. Ianuarij non obscure, id quod asserimus; perspicui potest. In ea enim mentio est, adolescentulam, nomine Ciliniam, cuidam puero stipulationum, sponsonumque contractu addi-

etiam, cum maritali copula & pompa seculari decus religionis, & virginitatis ornamenta præferens, se in earum mulierum, quæ circumseptæ parietibus, incluse libera custodia, sponte sua corpore, atque animo viuunt soli Deo mancipate, numerum cooptari postulasset, ac fama eius rei volitante, sponsus amoris, & furoris facibus inflâmatus ad Meldense oppidum nuptias cum sua sponsa celebraturus, aduenisset, comperto eius aduentu, in templum aufugisse, & apertis vltro diuina vi baptisterij portis insignem iuuenis petulantiam constanti virginitatis desiderio superasse. Sic enim legitur: *sancta Genouefa eius comperto aduentu, cum Cilinia ad templum accessit: & ecce ipsa interiora baptisterij limina, portis vltro apertis, illis mirabiliter patefcunt, sicque factu est, vt puella mundi huius procelloli naufragi a virginitatis perseuerantia superaret.* Non video autem, quomodo, aperta baptisterij ianua, in Ecclesiam aditus patere potuisset, nisi de more baptisteria ante Ecclesiarum vestibula fuissent. Præterea C. Sollius Sidorius Apollinaris lib. 2. Epist. ad Domit. cum eum inuitaret, vt, relictis vrbani occupationibus, paulisper secum in villam suam dinertret, non modò saluberrimum cælum, & purioris aure dulcedinem ante oculos ponit, sed etiam Ecclesiæ suæ baptisterium breui oratione describit: ex cuius verbis, illud extra Ecclesiã fuisse, intelligitur: *huic, inquit, Basilica apud piscinam forinsecus, seu, si græcari manis, baptisterium ab Oriente complectitur.* Sunt etiam apud Gregorium Turonensem perspicua huius rei

testimonia non modo lib. 1. Histor. Franc. c. 31. cum ad basilicam, id est, prope eam se baptisterium ædificasse, meminuit, baptisterium ad ipsam Ecclesiam adificari præcepti, in quo S. Ioannis reliquias posui, & in illo priori baptisterio S. Benigni martyris pignora collocaui: sed etiam lib. de vit. Pat. cap. 4. vbi Gregorij Episcopi feruens orationis studium explicans ait, cum apud Diuonense castrum moraretur assidue, & domus eius baptisterio adhereret, in quo multorum sanctorum reliquie tenebantur, noctu de strato suo consurgens, ad orationem, Deo tantum teste, pergebat, & paulo post: aiebat enim Diaconus, quod veniens sanctus Dei ad ostium baptisterij, pulsans manu sua ostium, nemine comparente, aperiebatur. Rursus ibidem, obseruatores vero ostium baptisterij obseratum inuenientes, clauem sua solita aperiebant, commotoque signo sanctus Dei, sicut reliqui, nouus ad officium Dominicum consurgebat. quis autem nescit, si baptisterium in Ecclesia fuisset, futurum fuisse, vt non baptisterium domui, sed potius Ecclesia adhereret: vel, si hoc non est, cur in Ecclesiam, precandi causa, ingressuro potius baptisterij, quã Ecclesiam ianuę patuerunt: Accedit Caroli Magni exemplum, qui cum Hadriano Papa locuturus, in Ecclesiam ingressus est, atque ibi tandiũ eũ expectauit: dum ille, baptismate confectus, in eandem regressus fuit scribente Anastasio Bibliothecario in vit. Hadr. Pap. in basilica saluatoris iuxta Lateranum pariter ingressi ibidem ipse excellentissimus Rex cum omnibus suis quousque sæculi baptismatis sacramentum antedictus ter beatissimus Pontifex celebravit. Demum innume-

Beatissimi  
titulo Pon-  
tifices apel-  
lati.

Florentia  
baptisteriū  
ante Eccle-  
siam extat

ra veteris consuetudinis vestigia, id ip-  
sum probare videntur: vt Romæ porticus à  
proxima æde, S. Venantij dicta, in qua La-  
teranense baptisterium fuisse, author est  
Onuphrius Panuinus lib. de sept. urb. Rom.  
basilic. tit. de portic. Sancti Venantii. Et  
Florentiæ ante fores Ecclesiæ primariæ bap-  
tisterium extructum esse, in Authore antiquit.  
liturgic. tom. 3. de sabb. sanc. legimus. Me-  
diolani que in multis diœcesis oppidis adhuc  
baptisteria in Ecclesiis, capellisue eo potissi-  
mum nomine extructis, Parochiali Ecclesiæ  
adherentibus extant: quæ non modò non  
amoueri, sed etiam, vbi illæ capellæ vel  
Ecclesiæ sunt, reconcinnari, vbi verò non  
sunt, in posterum construi, Concilio Pro-  
uinciali 4. cautum est tit. quæ partim ad Sa-  
cram. bapt. Ex quibus, S. Venantij porticu,  
Florentiæ baptisterio, & quæ Mediolani su-  
persunt, vel Capellis, vel Ecclesiis, antiqui  
vestibuli, in quo baptisteria erant, structu-  
ram lecto facilè intelligere poterit, cum &  
satis longæ, lateque, & in parua Ecclesiæ  
morem, parietibus vndeque circumse-  
ptæ, non minus hæ, quam illa: videantur.  
Quod insuper demonstrat cum multitudo  
eorum, qui certo tempore ad baptismum  
accedebant, sacri que loci religio, ne Genti-  
lium, aut hereticorum iniurijs obuius esset?  
tum Palladius de vit. S. Ioan. Chrysof. cum  
magna hominum multitudine ipsum in ba-  
ptisterio constituens vbi vero (inquit) dimis-  
sus est populus, sedens in baptisterio cum episcopis re-

Vestibuli in  
quo b. pti-  
steria erant  
structura.

liquis, accusatorem coram omnibus aduocat, &c. &c.  
 locus in vit. S. Genouefæ virginis supra cita-  
 tus, cum Cilinię in Ecclesiam fugienti aper-  
 tas diuina ope baptisterii ianuas esse, scribitur  
 interiora baptisterii limina, portis uero apertis,  
 illis mirabiliter parescunt? & Gregorij Turo-  
 nensis verba super allata: *pulsant manu sua a lib. de vit.*  
*ostium, nemine comparente aperiebatur.* Rursus: *Pat. cap. 4.*  
*obseruatores uero ostium baptisterii obseruatum in-*  
*uenientes, clauē suā, &c.* Quando autem in  
 Ecclesijs baptisteria edificari coeperint, non  
 ita facile quispiam expediuerit. Puto tamen  
 id moris circa tempora Clodonei Francorum  
 Regis introductum, (primus enim omnium  
 in Ecclesia sacro laticelustratus legitur anno  
 salutis humanæ cccclxxxix. (postea confir-  
 matum diuturnitate temporis, in plerisque  
 ciuitatibus, ac prouinciis, unā cum sæculis,  
 ætatibusque hominum inueterasse, Quod ne  
 gratis dici videatur, ad testimonia veniam,  
 & ut ita dicam, tabellaria scriptorum suffra-  
 gia, Gregorius quidem Turonensis lib. 2. hi-  
 stor. Franc. de ipsius Clodonei baptismo lo-  
 quens, ita inquit: *nunciantur hac Antistiti, quē*  
*gaudio magno repletus, iussit lauacrum preparari.*  
*uelis depictis adumbrantur plateæ Ecclesiæ, cortinis*  
*albicantibus adornantur, baptisterium componitur,*  
*balsama diffunduntur: micant fragrantē odore ce-*  
*teri, totumquē templum baptisterij diuino respergi-*  
*tur ab odore.* Et Hincmarus Rhemēsis Archie-  
 piscopus de vita S. Remigij, cum idem argu-  
 mentum sibi tractandum proposuisset: *Eccle-*  
*sia componitur baptisterium, balsamo, & cæteris*

Baptisteria  
 quando  
 coeperint  
 edificari in  
 Ecclesijs.

32 De Antiq. Bapt. rit. ac Cer.

odoramentis conspergitur. Non multo post Concilium ileldense, cap. 7, ut est apud Burchardum lib. 4. cap. 13. & apud Gratianum de consecr. dist. 4. cap. 106. fontem baptismalem extra Ecclesiam non asportari, statuit his verbis: *omnis presbyter, qui fontem lapideum habere nequiret, vas conueniens ad hoc solummodo baptizandi officium habeat, quod extra Ecclesiam non deportetur.* Sed supra hac re clare admodum, etiam concise Fortunatus poeta in baptisterio Moguntino, ex quo pauca transposui:

*Ardua sacrati baptismatis aula coruscat,  
Quo delicta Ada Christus in amne lauat  
Hanc tamen Antistes Sidonius extulit arcem,  
Qui Domini cultum templa nouando fouet*

Nam, si ex ea baptisterij edificatione Ecclesiam innouatam esse, censet: baptisterium in Ecclesia fuisse, necesse est. Apertius tamen hoc fiet, si Gregorij Magni verba ex Epist. 24. lib. 11, subiecero. in qua baptisterij in ecclesia constructi sic meminit: *fraternitate tua indicante didicimus, in Ciuitate Tarentina, in qua praesse dignosceris, in Ecclesia Sanctae Mariae baptisterium te nouiter construxisse.* Concilij vero Antiodorensis Patres, cum statuta baptismi tempora, ex veteri Ecclesiae more, contra temerarios sacrorum canonum violatores, suo edicto confirmare, in animum induxissent: quicumque presbyter, extra Paschatis tempus, delatos in Ecclesiam pueros, sacrae militiae adscribere in posterum auderet, eum tribus mensibus communionem moneri, statuerunt: ita enim cap. 18. scriptum est: *non licet*

Episcopi  
fratres à P<sup>o</sup>  
tificis ap-  
pellati.

licet absque Pascha solennitate, nullo tempore baptizare, nisi illos, quibus mors vicina est, quos gregorios vocant. Quod si quis in alio pago, contumelia faciente, post interdictum hoc infantes suos ad baptismum detulerit in Ecclesias nostras, non recipiantur, & quicumque presbyter ipsos extra nostrum permissum recipere presumpserit, tribus mensibus à communione Ecclesia sequestratus sit. Quod si salutaribus aquis tingendi, ad Ecclesiam deferebantur; cum non nisi in baptisterijs tingi possent; sequitur, baptisteria in Ecclesia fuisse. In Concilio etiam Constantinopolitano VI. can. 59. baptismi sacramentum in catholicis Ecclesijs, non in priuatis aedibus conferri, præcipitur; cum legimus: *Aedificata in in aede oratoria, qua est intra domum baptismus nequaquam peragatur; sed, qui ab omnibus sordibus aliena illuminatione digni habendi sunt, ad catholicas Ecclesias accedant, & hoc illic munere perfruantur, cuius argumenti vis ex superiori auctoritate petenda est.* Eodem spectant Ordinis Romani verba tit. de sabb. in die, ubi de baptismi loco differens, sabbati vero, inquit, die sancto, ac sollemnissimo, primo mane ornatur Ecclesia cum omnibus vrensilibus suis, cur enim baptismi causa Ecclesias ornari, necesse erat; nisi baptisteria in Ecclesijs constructa fuissent? Post hos & Paulus Diaconus nobis audiendus est lib. 4. de gest. Longobard. cap. 18. apud quem, Garibaldo Duci in Ecclesia super sacrum fontem caput amputatum esse, legitur his verbis; qui cum Garibaldum Ducem ipso sacratissimo Paschali die ad orationem in beati Ioan-

*nis basilicam venturum sciret, super sacrum baptisterij fontem conscendens, elevato ense annexu eundem in ceruicem percussit, caputque protinus amputauit. Verum prater eunda hoc loco non est insignis Concilij Meldensis autoritas; in quo, solum statis in Ecclesijs, vicis, ac temporibus baptismatis lauacro, quod est Christianorum proprium, expiari, cautum est cap. 48. cum dicitur: nemo presbyter baptizare presumat, nisi in vicis, & Ecclesijs baptismalibus, atque temporibus constitutis. Hic enim locus, sicut multi superiores, ostendit, baptismum in Ecclesijs ministratum fuisse. Quare, cum etiam constet, solummodo in baptisterijs olim tingi licuisse: nemo dubitare potest, quin baptisteria in Ecclesijs fuerint. Hic mihi tamen illud obijcitur, multo ante Clodouei aetatem baptisteria in Ecclesijs videri instituta, quoniam Ado Treuirensis Archiepiscopus de vita S. Praxedis virginis narrat, ipsam, & sororem eius Potentianam, qua, Pio I. Ecclesiae clauum tenente, vitam egerunt, in titulo (quem nunc Ecclesiam dicimus) baptisterium aedificasse, ut domestici, ac familiares aquis salutaribus abluerentur: in titulo vero, (Adonis verba sunt) quem pater eorum Pudens, nomine beati Pastoris dedicauit, una cum consilio beati Pij sedis Apostolice Episcopi, fontem baptismi construere soror, & ipsa student, ut familia earum die sancto Pasche baptizarentur. Cui sic occurrendum existimo, egregia virtute, & sanctitate mulieres, baptisterium quidem in Ecclesia erigendum curauisse: sed propter tyrannorum*

Titulus pro  
Ecclesia.

*nam, qua, Pio I. Ecclesiae clauum tenente, vitam egerunt, in titulo (quem nunc Ecclesiam dicimus) baptisterium aedificasse, ut domestici, ac familiares aquis salutaribus abluerentur: in titulo vero, (Adonis verba sunt) quem pater eorum Pudens, nomine beati Pastoris dedicauit, una cum consilio beati Pij sedis Apostolice Episcopi, fontem baptismi construere soror, & ipsa student, ut familia earum die sancto Pasche baptizarentur. Cui sic occurrendum existimo, egregia virtute, & sanctitate mulieres, baptisterium quidem in Ecclesia erigendum curauisse: sed propter tyrannorum*

crudelitatem ad studium Christiani nominis abolendi exardescendum, voti compotes fieri non potuisse. Verbum enim, *student*, quo author utitur, solam voluntatem, & desiderium significat, quæ haud valida rei ipsius gestæ argumenta sunt, præterquam quod *tituli* nomine non modo ipsam Ecclesiam, verum etiam capellam, Ecclesiæ adhaerentem, in qua baptisterium erat, accipere possumus, quod in Ecclesiæ morem extractum esset: quemadmodum supra diximus. Si quis verò amplius, nostræ opinionis refellendæ causa, S. Cypriani locum adducat lib. de ablut. ped. cum inquit: *ornata, & honorata est Ecclesia quasi paradysus, in amplitudinis suæ umbilico fontem continens gratia singularis, flumina creans in vitam æternam salientia, Vivam habens originem, & decursum perennem:* facile erit, huic difficultati satisfacere ipsismet S. Cypriani verbis, quæ procul dubio Ecclesiæ nomine non cœmentam, vel calcem, sed fidelium multitudinem, vno amoris, charitatisque vinculo coniunctorum, significant: in qua sola est fons ille amplissimus, atque perennis ad eluendas omnium peccatorum maculas; vnde hauriuntur vniuersa nostræ salutis instrumenta, hoc est, sacramenta, quibus quasi cœlestibus quibusdam fistulis in nos à Deo gratiæ, & sanctitatis liquor effunditur, secus male Cyprianus dixisset, fontem illum in *umbilico*, hoc est, medio Ecclesiæ fuisse: cum baptisteria, ex quo in Ecclesia strui cœperunt, semper in eius vestibulo fuerint. Et si rursus

Baptisteria  
in Ecclesiæ  
vestibulo  
erant.

ingeras, multos Patres, Amphilochem de vita S. Basilij, Ioannem Chrysostrum Epist. ad Innocent. Pap. M. Gazenium Diaconum ad Arcad. Imperat. Victorem Vticensem lib. 3. de persecut. Vandal. & alios, qui ante Clodovei tempora floruerunt, baptismum in Ecclesiâ traditi meminisse; optimè responderi potest, citatos authores Ecclesiæ vocabulo totum id, quod illi adhærebat, intellexisse, quæ acceptio apud alios scriptores frequentissima est.

*Baptisteria à sinistra ingredientium parte construendi vetus mos: eaque in solis ciuitatibus olim adificata.*

## CAP. VII.

Baptisteria  
à sinistra in-  
redientium,  
quæ ad Ori-  
entem  
spectat, pro-  
pe vestibulum  
extruebantur.

**A**Tinques: si dudum in Ecclesijs baptisteria fieri cœperunt: in qua verò parte erigere, mos fuit? Non est dubium, quin à sinistra ingredientium, quæ ad Orientem solem vergit, prope vestibulum baptisteria adificari consueverint. Quod multorum Patrum testimonij comprobatur. Est enim apud Gregorium Turonensem de miracul. S. Mart. lib. 2. cap. 6. cuiusdam viri, omnibus capti membris, & recuperanda valetudinis studio ad Ecclesiæ ianuam prope vestibulum commorantis, mentio in hunc modum: *alius autem paralyticus, ex Aurelianensi territorio curruca deuectus, venit ad sanctam Basilicam,*

qui diebus multis iacens ad ostium illud, quod secus baptisterium ad medium diem pandit egressum, beati Antistitis implorabat auxilium. Paulus etiam Diaconus lib. 4. de gest. Longobard. cap. 18. idem planè confirmat; dum Garibaldo Duci, in Ecclesiam ingressuro, super sacrum baptisterij fontem, insidias, & necem paratam esse, scribit his verbis: cum Garibaldum Ducem ipso sacratissimo paschali die ad orationem in B. Ioannis baptisticam venturum sciret, super sacrum baptisterij fontem conscendens, eleuato ense annexu eundem in ceruicem percussit, caputque protinus amputauit. Et, ne pluribus morer, ex vestigio capellarum in sinistra Ecclesie parte, quae adhuc multis in locis nostrae prouinciae durant, id ipsum clarè conuincitur. Si què nullum aliud esset argumentum probandae veritatis, illud satis, abundeque sufficeret; quòd Concilij Prouincialis 4. Mediolanensis Patres, veterem consuetudinem confirmare, ac stabilire cupientes, baptisteria in Ecclesia ingressu ad sinistram partem collocari praecipunt, tit. quae pertinet ad sacram. bapt. Inter cœtera verò, quae veteres baptisteriorum ritus intuentem saepe mirari oportet, illud praecipuum est, quòd olim baptisteria solum in ciuitatibus, vel prope ipsas constituta fuere. Ad quam rem demonstrandam haud desunt veterum scriptorum testimonia, quemadmodum ex eorum monumentis perspicuum est. In S. enim Athanasij, Sidonij Apollinaris, Gregorij Turonensis, & Pauli Diaconi locis

Capellæ à sinistra Ecclesiae parte, in quibus baptisteria erant.

Baptisteria erant solum in ciuitatibus.

citatis, baptisterij in *basilica* constituti mentio  
 est; quod nomen, etsi pro quacunq; Ecclesia  
 nonnunquam vsurpatur, propriè tamen de ea,  
 in qua Episcopus sacra ministeria peragit, vel  
 alia insigniori solummodo dici potest. Ad-  
 ditur S. Gregorij Nazianzeni auctoritas orat.  
 40. in sanc. bapt. vbi, cum varia impedi-  
 menta retulisset, quibus aliqui a baptismo  
 reuocabantur, de itineris longinquitate hæc  
 habet. *ne via longinquitatem reformides, nec ma-  
 ris spatia, nec ignem, si adhibeatur, nec aliud quod-  
 cunque impedimentum, quo gratiam consequaris,*  
 quippe hæc hominum excusatio ex eo profe-  
 cta erat, quod ciuitates, in quibus bap-  
 tismi sacramentum ministrabatur, longo terra-  
 rum, marisue spatio seiunctæ erant, vt sine peri-  
 culo adire non possent, cui excusationi locus  
 non fuisset si oppida, vbi morabantur, vel alia  
 viciniora baptisterijs instructa fuissent. Dein-  
 de Ioannes Moscus cap. 163. prat. spirit. refert,  
 multos, qui vicum Nicopoleos incolebant,  
 solennibus humanæ salutis ferijs, Hierosoly-  
 man profectos esse, vt saluari baptismo filios  
 suos admonerent, cum inquit: *quadam ergo die  
 profecti sunt quidam ex agro Nicopoleos in sanctam  
 ciuitatem magna hebdomada, vt per baptismum  
 illuminarent filios suos.* Ex quo licet argumen-  
 tari, inane eorum iter, & operam futuram  
 fuisse, si baptisterium in eo oppido fuisset.  
 In super Concilium Toletanum 17. de reg.  
 fid cap. 2. Episcopis mandat, vt initio quadra-  
 ginta dierum, qui virtutum Christianarum  
 disciplina, atque exercitationibus dicati sunt,

baptisterij ostia suis manibus claudant. Atque Episcopi in solis ciuitatibus erant, igitur & baptisteria. Concilij verba sunt: licet in initio Quadragesima baptizandi generaliter claudatur mysterium, tamen, sicut Ecclesiastica consuetudinis ordo deposcit, necesse est, ut ostia baptisterij in eodem die pontificali manu annulo assignata claudantur, & vsque in cœnæ Domini solennitate nulatenus referentur. Et Concilij Triburiensis Patres cap. 12. statuunt, ut, quicumque morbo, aut longinquitate itineris, seu navigationis difficultate impediti, sacro Paschatis peruigilio ad baptismum accedere non potuerint, in quinquagesimi diei celebritate, quando Spiritus Sanctus in Apostolos illapsus est, id præstare teneantur. Quod appertissimè indicat, non in omnibus locis, sed tantummodo in vrbibus baptisteria ædificata fuisse: additur sanè ( inquit Concilium ) huic obseruantia etiam Pentecostes, ex aduentu sancti Spiritus sacra solennitas, quæ de Paschalis festipender articulo, nam, cum ad alios dies alia festa pertineant, hæc semper ad eum diem recurrit, qui resurrectioni Domini est insignis, porrigens quodammodo manum auxiliantis gratiæ, & eos inuitans, quos à die Paschæ aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas interclusit, ut desiderij sui effectum dono sancti Spiritus consequantur. Sed ratio quoque id ipsum manifestè conuincit, quia statis Paschæ, & Pentecostes diebus olim soli Episcopi in sacro fonte accedentium sordes & maculas eluebant, quod nullo modo fieri potuif-

se intelligimus, si baptismatis lauacrum alibi, quam in vrbe fuisset.

*Baptisterium solummodo vnum in singulis ciuitatibus construi solitum, & quando plura esse cœperint in vrbe, & diœcesi.*

## C A P. VIII.

Vnius solummodo baptisterij in linguis ciuitatibus mos apud veteres.

**E**ADEM ratione probari potest, solummodo vnum baptisterium in singulis ciuitatibus fuisse. Verum, vt id magis exploratum sit, afferenda est lectori cum probabilis coniectura ex S. Gregorij Nazianzeni oratione 40. in sanct. bapt. vbi diuites, patritios, ac dominos admonet, ne à sua dignitate alienam existiment, cum pauperibus, & seruis baptizari, tum Onuphrij Pannini testimonium, qui lib. de præcip. vrb. Rom. basilic. cap. de baptister. Lateran. palam testatur, vnum baptisterium in singulis vrbibus, prope maiorem ciuitatis Basilicam extitisse, addens eam consuetudinem ad sua vsque tempora in multis locis, quemadmodum Florentiæ, Parmæ, Bononiæ, Pisis, & Vrbeueteri obseruatam. Sed non est, cur exterorum testimonia conquiramus, cum abundemus nostris. Galuaneus enim, qui Ecclesiasticam Mediolanensem historiam fideliter conscripsit, cap. 479. cum in eligendis Episcopis diuersa catholicorum, & Arianorum studia retulisset, sit inquit:

Beatus Honoratus fuit factus Archiepiscopus Mediolanensis, & sedit annis tribus, & Ariani elegerunt alium in Archiepiscopum. unde dicit historia Lombarda, quod tunc temporis in qualibet Ciuitate erant duo Episcopi, vnus catholicus, & alter Arianus, sicut in Ciuitate Papiensi, quia ibi erat vnus Episcopus Arianus dictus Anastasius, qui residebat in Ecclesia S. Eusebij: & alter erat Catholicus, qui tenebat baptisterium, quo loco manifestum est, baptisterium pro primaria vrbs Ecclesia, in qua baptisterium erat, positum esse. qua loquendi formula etiam Beroldus vsus est in caeremoniali manuscripto, quod ex Bibliotheca canonicorum templi maximi vir eiusdem ordinis legendum mihi perhumaniter tradidit. is namque de sabb. sanc. principis Ecclesie mentionem faciens, baptismalis nomen vsurpauit his verbis: tunc magister scholarum precedit cum pueris suis cantando antiphonam vsque ad regias baptismalis Ecclesie, & ibi extra Ecclesiam Archiepiscopus exiit stolam & planetam, &c. Quare, cum primaria Ecclesia vna in singulis ciuitatibus fuerit, vnum etiam baptisterium in iisdem fuisse, fatendum est. Cui etsi multa repugnare videntur, vt pluralis numerus à S. Athanasio, adhibitus Epist. ad omn. vbique orthodox. & Ecclesijs, & baptisterijs flamma iniecta, similes siue formulæ à Patribus vsurpatæ, & apud Onuphrium Panuinum de præcip. vrbs. Roman. Basilic. mentio baptisterij prope Basilicam Lateranensem, & Vaticanam à Syluestro & Liberio Pontificibus extructi, tamen à suscepta sententia dimoueri non possum, cum ad

Magister  
scholarum.

Error inter-  
pretis S. A.  
thanasij.

opposita facilis responsio pateat. Siquidem S. Athanasius pluralem numerum pro singulari adhibuit, quemadmodum ex eo facile constat quod idem Athanasius, etiam cum de Ecclesia loqueretur, plurali numero usus est, cum tamen solummodo in eam, in qua ipse episcopalia munera obibat, scelesti Ariani illa nefaria facinora ediderint. Immo potius id interpreti vitio dandum est, qui singulari numero pluralem supposuit. cum in græco textu singularis manifestè exprimat. ait enim: ἡ μὲν ἐκκλησία, καὶ τὸ ἅγιον βαπτιστήριον σὺν πολεῖται. quibus verbis hæc latine responderent: *Ecclesie quidem, & sanctum baptisterium igne absumptum est.* Qua ratione cæteris autoritatibus, quæ numerum pro altero usurpât, satis esse factum existimo. ex Onuphrio autem Panuino non colligitur, duo baptisteria Romæ fuisse, sed vnum duabus ecclesijs interpositum. vel certè concedi potest, Romæ duo baptisteria extitisse, verum diuersis temporibus adhibita. et, si eodem tempore duo admittere oportet, ad singulare privilegium referendum est eius vrbs,

baptisteria  
diuersa in  
vrbe & dice-  
cesi cur. &  
quando in  
strui ce-  
perint.

Baptisteria  
extra vrbe  
quando ce-  
perint esse  
in Hispania

in qua ecclesia principatus, & religionis do-  
minicium constitutum erat, propter multitu-  
dinem eorum, qui ibi potissimum, spretis ina-  
nibus Dijs, vnum Deum cæli, terræquè con-  
ditorem agnoscebant. quæ etiam causa post-  
modum ecclesiarum rectores impulit, vt di-  
uersa baptisteria non minus in diocesi, quam  
in vrbe, a fidelibus erigenda curarent. In His-  
pania quidem ea res sero processit, non nisi  
post annum Christi nati D C C C V C. cum

Concilium Triburiense: quod eo anno celebratum est, sacri baptisterij in solis urbibus existentis; loco supra citato meminerit. Verum in reliquis prouincijs multo prius extra urbem in oppidis, & vicis ædificari cæperunt, quoniam C. Sollius, Sidonius Appollinaris, qui anno à salute homini restituta C D L X X X. vixit, eiusmodi baptisteriorum nobis mentionem reliquit lib. 2. epist. 2. ad Domit, cum, eū ad villam suam inuitans, præter alia oblectamenta, insignem etiam baptisterij fabricam recenset his verbis: *huic basilicæ appendix piscina forinsecus, seu, si gracari mauis, baptisterium ab Oriente complectitur.* Ioannes etiam Moscus, qui anno à partu Virginis D C. floruit cap. 214. prat. spirit. narrans insigne miraculum, quod die tribus Magis sacro, qui ad Christi liberatoris incunabula cum muneribus adoranda, stella, duce, tetenderunt, in vico Lyciæ quotannis edī solebat, vbi sacer fons trium horarum spatio, magnis incrementis in baptisimi usum continuo augebatur, clarè nobis demonstrat, iam tum cælestia lauacra in minoribus oppidis, & castellis fuisse. cuius integram periodum si quis fidei causa desiderat, ex iis, quæ sequuntur, intelliget: *soruba vicus quidam est ad radices montis, in eo baptisterium est quod continuis incrementis augetur, & post baptisma peractum decrescere incipit, & tribus alijs horis sensim deficit.* & cap. 215. cum in simili argumento persisteret, à Paschatis festo ad quinquagesimi diei celebritatem, iuges aquarum riuos in castelli Cedebatis baptisterium, vi sua effluxisse, testatur

44 De Antiq. Bapt. rit. ac Cær.

cum inquit: est in castello Cedebratis baptisterium, quo in Paschali sanctæ resurrectionis festiuitate, cum sit lapis vnus, ex se ipso continuo impletur, duratque aqua illa vsque ad Pentecosten, moxque transacta Pentecoste emanescit. Deinde Ordo Romanus de Diuin. Offic. in die Iouis sanc. preclarum eius rei testimonium reliquit, ita scribens; tunc chrisma nouum misceatur cum veteri, si quid residuum fuerit, similiter & oleum, ita diuidatur per presbyteros, peto enim ex Ordine. cur catechumenorum oleum presbyteris diuidi iusserit. si extra Ecclesiam primariam baptismus conferendus non erat; cum vero, baptismum de more in baptisteriis ministratum fuisse, non dubitemus, etiam illud efficitur, vt extra primariam Ecclesiam baptisteria fuerint. Demum baptisteria in pagis fuisse, Concilij quoque Antisiodorensis verba demonstrant, cap. 18. dum eos, qui, præter Paschatis, aut Pentecostes tempus, baptismum celebrant, graui anathemati subiectos esse, decernunt, non licet absque pascha solemnitate: Vlo tempore baptizare, nisi illo quibus mors vicina est, quos grabatarios vocant, Quod si quis in alio pago, contumacia faciente, post interdictum hoc infantes suos ad baptismum detulerit in Ecclesias nostras, non recipiantur. Et quicumque presbyter ipsos extra nostrum promissum recipere presumpserit, tribus mensibus à communionem ecclesia sequestratus sit.

Chrisma  
& olea tertia  
quinta  
hebdomada  
de sanctæ  
presbyteris  
diuidendi  
mos est an-  
tiquissimus

Baptisteria olim in solis Ecclesijs plebanis fuisse, de  
que origine in singulis Parochiis  
illa extruendi.

## CAP. IX.

SED, que baptisteria in castellis, & vicis  
fieri cœpisse, affirmamus, neminem eo er-  
rore duci oportet, vt arbitretur, in singulis  
corum fuisse, nam certum est, solum in ali-  
quibus insignioribus ( qui plebani appellan-  
tur ) baptisteria primò edificata. cuius rei plu-  
rima testimonia in veteribus Concilijs habe-  
mus, vt apud Palatium Vernis cap. 7. cum in  
nulla parochia, nisi vbi episcopo visum fuerit,  
baptisterium construi præcipitur: vt publicum  
baptisterium in nulla parochia esse debeat, nisi vbi  
Episcopus constituerit, cuius parochia est; nisi tantum,  
si necessitas euenerit pro infirmitate, aut pro aliqua  
necessitate, illi presbyteri, quos Episcopus in sua  
parochia constituerit, in qualicumque euenerit, li-  
centiam habeant baptizandi, vt omnino sine bap-  
tismo non moriantur; & Synodum Meldensem  
cap. 48. vbi solummodò in stans Ecclesijs, &  
vicis baptismo consignare, fas legimus: vt ne-  
mo presbyter baptizare præsumat, nisi in vicis, &  
Ecclesijs, atque temporibus constitutis, nisi causa æ-  
gritudinis, vel certa necessitatis, sicut sacra cano-  
num docet auctoritas, & vicis auctoritatem, & pri-  
uilegia debita, & antiqua retineant. Quin etiam  
ex libro visitationum anni post Christum na-

Baptisteria  
solum in  
Ecclesijs  
plebanis  
olim edifi-  
cata

Ecclesia plebanæ (illud vicus est in monte Briantia Mediolanensis) diocæsis quotquot in lucem suscipiebantur, Brippium, quod plebis principatum obtinet, ad baptismum delatos esse. In quo veteris consuetudinis expressum vestigium intuemur. Nec ob aliam causam putare debemus, Ecclesias plebanas communi vocabulo *matrices* appellari, nisi quod in eis, veluti ex materno vtero fidele olim, baptismo suscepto, in vitam spiritualem nascerentur. Ad cuius consuetudinis confirmationem facit cum vulgare Ecclesiæ institutum, quo singuli Parochi sacro Paschatis, & Pentecostes peruigilio aquam baptismalem ex Ecclesia plebana in suam iubentur reportare: tum singulare veterum Præpositorum munus, & priuilegium, qui, cum totius plebis animarum curationem suæ fidei, & tutelam commissam haberent, omnium sacerdotiorum fructu, & prouentu soli potiebantur; & quo, necessitate urgente, fidelibus laborantibus occurrere posset, certos presbyteros in aliquibus oppidis mercede conducebant. De qua re nos alibi, tractatu de beneficiorum origine, si votis Deus adspirauerit, propediem agemus. Ad extremum verò, cum fidelium multitudine in maius aucta, solus Præpositus totius plebis animabus curandis sufficere non posset, ac propterea certi redditus unicuique Parocho assignati essent, in singulis eorum Ecclesijs baptisteria ædificari cœperunt; in quibus creditum sibi populum

faci baptismatis vnda laurent. Quod & adhuc vbiq; gentium seruetur, & tam multis veterum scriptorum testimonijs constat; vt ea afferre, sicut superuacaneum, penè infinitum sit.

*Baptisterij locus reliquo Ecclesia pavimento inferior erat; ad illud tribus gradibus iter patebat; causa afferuntur; & de diuerso marium, & sceminarum baptisterio ibidem late.*

## CAP. X

**V**erùm pro plena loci, in quo baptisteria erant, cognitione amplius scire oportet, Cur baptisterij locus reliquo Ecclesia pavimento inferior esset. ea reliquo Ecclesiæ, siue capellæ pavimento longè inferiora fuisse, vt Christi sepulturam, cuius symbola erant, subterranea humilitate referrent. Quod multis argumentis probare, facile est. Nam S. Ambrosius lib. 1. de sacram. cap. 1. de eadem retractans, *descendendi* verbo utitur: *cùm* (inquit) *forma baptismatis, & usus hoc habeant, vt ante fontem consecretur, & tunc descendat, qui baptizandus est.* Hoc verò locis inferioribus ex ipsa significandi ratione respondet. Eandem loquendi formulam videre est apud S. Gregorium lib. sacram. de sabb. Pentecost. *incipiunt orationes de Pentecoste die sabbato ante descensum fontis, & paulò post: oratio ad missam post descensum fontis, Isidorum Hispalensem lib. 2. de diuin. Offic. cap. 24. cùm baptizamur in Christo, per aquam renasci-*

Septem  
baptisterij  
gradus.

mur, ut purificati uiuificemur. Fons autem origo omnium gloriarum est, cuius septem gradus sunt, tres in descensu, propter tria, quibus renunciamus: tres in ascensu, propter tria, qua confitemur: septimus uero is est, qui & quartus, similis filio hominis: extinguens fornacem ignis, stabilimentum pedum, fundamentum aqua, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter: Authorem Ordinis Romani de die Sabb. S. tunc deinde seola descendit ad fontes ad litaniam faciendam, & de sabb. Pentecost. antequam descendatur ad fontem ad baptizandum, legitur lectio prima, tentauit Deus: post ascensum uero fontis, ingrediendum est ad missam publicam, & Albinum Flaccum lib. de Diuin. Offic. cap. de sabb. S. Pasch. in baptismo septem gradus sunt, tres in descensu, propter tria, quibus renunciamus, tres alij in ascensu propter tria, qua confitemur. Septimus uero, qui quartus, similis filio hominis, extinguens fornacem ignis, & mox infra: finitis lectionibus, descendendum est ad baptizandum, & cap. 20. de sanc. Pasc. in hac hebdomada non sequitur post Euangelium Kyrie eleison, sed sacerdos dicit orationem, qua finita, descendunt ad fontes cum antiphona, rursus cap. 25. de vigil. Pentec. in uigilia Pentecostes ita agitur, sicut in sabbato sancto Pascha, antequam enim descendatur ad fontes ad baptizandum, legitur lectio prima. Finitis lectionibus, descendendum est ad fontes cum sancto chrismate, & cereis in magna reuerentia, decantando litaniam. His finitis baptizandum est, sicut in uigilia Pascha, post ascensum uero fontis, ingrediendum est ad missam publicam. Ex quibus praeterea intelligimus,

mus, ad ipsum baptisterij fontem tribus gradibus iter fuisse, cuius vestigium adhuc in baptisterio Lateranensi, & plerisque nostræ diocesis apparet. Et quidem ratio dignitatis, & misteriorum plena est, quam Isidoro, & Albino clarè prosequentibus, ego in medium proferre superfedeo. Illa potius explicetur veterum Patrum admirabilis, prudentia, qua diuersum baptisterij locum viris, ac mulieribus posuere. Nam, cum eodem tempore multos vtriusque sexus vitalibus aquis insitam naturæ labem expiare oporteret, quos veste nudari, illorū tēporū cōsuetudo postulabat, è certis lignis hinc, indè à terra exurgentibus, quasi duplicem fontem adeuntibus præbebant, in quo viri separatim à mulieribus, integra verecundia, baptizarentur. Ad quod alludens S. Cyrillus Hierosolymitanus in procatech. ipsos baptizandos monet, vt in adeundo baptisterium, neuter sexus in alterius loco assideat. Scribit enim: *reuerentiam adhibe, cum sit exorcismus, quousque alij exorcizari aderunt, viri cum viris, & mulieres cum mulieribus.* Et S. Ambrosius Epist. 33. cum de baptisterijs loqueretur, numerum pluralem adhibuit: *dimissis catechumenis, symbolum aliquibus competentibus in baptisterijs tradebam Basilica: non quia plura baptisteria essent, vt dictum est, sed quia vterque sexus distinctum locum habebat, vt plura viderentur.* S. quoquè Augustinus lib. 22. de ciuit. Dei cap. 8. meminit religiosissimæ feminæ, quæ per quietem cœlesti nuncio admonita vt in parte fœminarum ad baptisterium spectā-

Ad baptisterij fontem tribus gradibus iter erat, & causa.

Diuersus baptisterij locus viris, ac mulieribus assignatus erat, & quare.

te, crucis notam digito effingeret, à graui, di-  
 utinaque cancri contagione, præter morbi na-  
 turam diuino munere lanata est: in eadem, in-  
 quit, Carthagine Innocentia religiosissima fœmina  
 in mamilla cancrum habebat, admonetur in somnis  
 appropinquante Pascha, vt in parte fœminarum ob-  
 seruanti ad baptisterium, quacunque illi baptizata  
 primitus occurrisset, eundem locum signo Christi fi-  
 gnaret: fecit, & confestim sanitas secuta est. Apud  
 Synodum quoque Constantinopolitanam  
 Act. 1. tam clarè eius distinctionis mos apparet  
 vt etiam diuersa baptisteria mulieres habuisse,  
 videatur indicari, cum inquit: Stephanus, &  
 alter Stephanus dixerunt: cum essemus in baptisterio  
 Neophytistarum sine tunicis, & calceamentis exi-  
 stentium, Diaconis ipsas exorcizantibus, venit Epis-  
 copus noster Petrus, & eiecit nos foras, & introduxit  
 canonicas, & priuatim cum ipsis stetit per multas  
 horas. Ea enim neophytistarum mentio peculia-  
 rem baptisterij locum significat. Nec alienum  
 ab hoc loco fore existimo, si Authorum loca  
 ostendam, quibus mulieres distinctè à viris sa-  
 cram catechesin, & cæremonias accepisse, ma-  
 nifestū est, vt Ordinis Rom. denunciat. scrut.  
 ad elect. eadem die tanguntur aures, & nares cate-  
 chumenorū, digitis presbyterorum: stem super fœmi-  
 nas faciat similiter, & tit. de die sabb. S. hoc exple-  
 ro, ambulat in circuitu, imposita manu super capita  
 eorū, decantando excelsa voce. Credo in vnum Deum  
 patrē, & reliqua. Deinde vertit. se ad fœminas, &  
 facit similiter. Nam si vtrumque sexū ad sacras  
 cæremonias distinctè admitti honestatis ratio  
 postulabat nō video, cur non magis baptizari.

mulieres se-  
 paratim à  
 viris cate-  
 chesis cere-  
 moniis in-  
 biiciebatur.

De veteri baptisteriorum forma, & ornatu.

## CAP. XI.

CÆterùm forma totius baptisterij in multis rebus discrepabat à nostris, in alijs etiã conueniebat. Fundum, nauis more, cõcauum erat maiori longitudine, quàm latitudine, in vtraque summæ amplitudinis. Itã enim colligi videtur non minus ex Authorũ locis, qui *concha* nomine eam peluim, in qua persecutionis tẽpore tingebantur, non raro appellant, quàm ex verbo *aula*, siuè, *alueus*, in baptisteriorum descriptione à Patribus adhiberi solito; quod facit Socrates lib. 7. histor. Eccles. cap. 17. *cumquẽ vestem splendidam pro Iudæo baptizando emisisset, & alueum baptisterij misceri iussisset; & paulõ post: cum Iudæus esset secundo ad alueum baptisterij deductus, aqua rursus penitus euannit.* Itẽ Paulinus Nolanus Epist. 12. ad Seuer.

*Dives opum, Christo pauper sibi pulchra Seuerus  
Culina sacratis fontibus instituit.  
Et quia cœlestes aulam condebat in actus,  
Qua renouarentur fonte, Deoque homines:  
Digna sacramenti gemina sub imagine pinxit,  
Disceret vt vita dona renatus homo.*

Et Fortunatus poëta in Baptister. Moguntin.  
*Ardna sacrati baptisratis aula coruscat,  
Quo delicta Adæ Christus in amne lauat.*  
Cui adde præclarissimum Onuphrij Panuini testimonium de præcip. vrb. Rom. basilic. vbi

Baptisterij fundum cõcauum erat maiori longitudine, quàm latitudine.

inquit, Hilarum Papam, qui anno redemptæ mortalitatis CDLXI. post Leonis Magni obitum, in supremo Apostolicæ maiestatis fastigio collocatus est, tria in Basilicâ Constantinianæ baptisterio oratoria condidisse, S. Ioannis Baptistæ, S. Ioannis Euangelistæ, & Sanctæ Crucis; è quibus S. Ioannis Baptistæ oratorium adhuc nostra ætate perseverat. Atquæ huius etiam Mediolani insigne monumentum existit in sacello S. Augustini prope Basilicâ Ambrosianam; vbi vetus pictura baptisterij visitur, non modò in eam, quam dixi, formam efficti, sed etiam S. Augustinum, Deodatum, &

S. Augustini Deodati & Alipij baptisimus pictura expressus.

vetera baptisteria nostris longe capaciora ab imo baptisterij ad aquæ superficiem multum interuallum erat. Baptisteria paulatim fastigiabatur ad summum.

Alipium eodem alueo continentis; quod est signum, vetera baptisteria multò capaciora, quam nunciant, extitisse. Ab imo fontis ad aquæ superficiem multum interualli fuisse, existimo; tum quia rectos in aquam mergi, solenne erat, tum etiam quòd eruditissimus Baronius ad ann. Chris. CCCLXXXIII. de baptisterio à Damaso extracto, ex vita ipsius manuscripta refert, sabbatho Paschalis celebritatis, cum magna compressio esset, ipso baptismi tempore puerum è manibus gestantis lapsum, ad imaquæ fontis delatum, vix horæ spatio ex profundo aquarum, hominibus frustra laborantibus, educi potuisse. Quod aquæ supererat, ab satis lato fundo paulatim fastigiabatur, ad summum: ideoquæ a Paulino Nolano dictum est epist. 12. ad Seuer.

*Culmina sacratis fontibus instituit.*

*& paulò infra.*

*Turris fontem regmine constituit.*

& epist. 31. ad Aleth. ubi cātharum ministra manibus, & oribus nostris fluente ructantem, fastigiatas solido are tholus ornat, & inumbrat, non sine mystica specie quatuor columnis salientes aquas ambiens. Neque aliter accipienda est vox, ardua, quam Fortunatus vsurpat in baptister. Moguntin.

*Ardua sacraei baptismatis aula coruscat,  
Quo delicta Adā Christus in amne lauat.*

Molem ipsam quatuor columnæ sustinebant; sicut Paulini verba ad Alethium nuper citata facile ostendunt; cuius præterea rationem subdens, inquit: decet enim ingressum Ecclesie talis ornatus, ut quod intus baptisterio salutari geritur, spectabili pro forib. opere signetur, nā & nostri corporis tēplū quadrjugo stabilimēto vna Euāgelij fides sustinet, & cum ex eo gratia, qua renascimur, fluat, & in eo Christus, quo viuimus, reuelatur, profectio nobis in quatuor vitæ columnas illa aqua salientis in vitam aternā fons nascitur, nosque ab interno rigat, & feruet in nobis: si tamen possumus dicere, vel sentire, mereamur habere nos cor ardens in via, quod Christo nobiscum ambulante inflammat. Reperio tamen, nonnunquam columna totum baptisterium fulcitum esse, ut nimirū Dei naturæ, quæ vna, & eadem in tribus personis bona innumerabilia nobis suppeditat, ea ratione indicaretur. cuiusmodi fuit, quod à Constantino Imperatore ædificatum Damasus in vita S. Syluest. refert his verbis: in medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam ex auro purissimo &c. In apice, columbæ argenteæ, Spiritus sancti illapsum significantes, miro artificio lo-

Baptisteria quatuor columnas habebant, & quare.

Baptisteriū quandoque cum vnica columna, & eius causa. Columbæ argenteæ in apice baptisteriorum.

cabantur; adeo ut sacratas quoque mentes, auri occæcatas auditate, ea res de recto sensu detorserit. Inter alios celebris Seueri Episcopi fama est, qui, cum omni genere scelerum, quorum vel mentionem bene morata horreat mens, apprimè imbutus esset, etiã terribilissimam humani generis pestem, auaritiã, & funebre malum aggressus est: quo in genere tanta eius fuit impudentia, ut non modo aureorum vix triginta, iteratis per annum vsuris, integra semper sorte, sequè, familiã què turpiter aleret; verùm etiã aureas, & argenteas columbas, diuinis lauacris, & altaribus præfigi solitas, impiè furaretur, sordidissimè cupiditati, auaritiã què inanem speciem religionis prætendens, de quo questi, Clerus, & Monachi Antiocheni libello supplici, què Ioanni Patriarchæ, & Synodo V. Cõstantinopolitanæ obtulerunt, sacrilegum hæreticum depositione mulctari petiere; quorum hæc sunt verba: *presumptum est autem ab ipso, & hoc à beatissimi: nam columbas aureas & argenteas, in formam spiritus sancti super diuina lauacra, & altaria appensas, unò cum alijs sibi appropriauit, dicens, non oportere in specie columba spiritum sanctum nominare, pecunias quidam, & domos, & quacunque in optimis fundis erant, exportauit, & expendit, & grauissimi vsuris Ecclesiam obruit &c.* Quæ sancti hominis impietas, vel alia similis nefariorum licentia veteres religionis Antistites eò consilij deduxit, ut pro argenteis columbis pictas substituere satius existimarèt. Quod hodie passim in omnibus Ecclesijs seruari videmus; vel quia Chri-

Columba  
picta cur  
argenti  
substitut.  
fuerint in  
baptiste-  
rijs.

sto libertatis, & salutis nostræ parenti, cum à Ioanne baptizatus est, spiritus Sanctus in columbæ speciem cælo demissus fuit; vel quòd olim in ipsis Christianæ Reipub. incunabulis idem spiritus super baptizatos visibili forma descendebat. Internæ partes, & externæ summo artificio vnde quaque tegebantur, vel ad sordes, & puluerem arcendum, sicut nos facimus, vel ad decus, & dignitatem, quod potius reor, & authoritati<sup>a</sup> Damasi magis congruit, dicentis: *fontem sanctum, vbi baptizatus est Augustus Constantinus, ex lapide porphyreico, & ex omni parte coopertum intrinsecus, & foris, & de foris, & de super &c.* Ostium baptisterij, quamuis toto anno diligenti custodia clausum esset, tamen initio sex hebdomadarum, quæ anni uersariam Christi morientis, reuiuiscens quæ memoriam præcurrunt, à Pontifice anulo consignatum, solenni cæremonia claudebatur, die Christi, Apostolorum pedes lauantis commemoratione celebri referandum, vt Episcopi signaculo ( nisi grauis necessitas obuensset ) his diebus significaretur, nullibi sacris baptismalibus initiari fas esse; & rursus, ab eodem sacro fonte reserato, argumentum esset, Dominicæ resurrectionis mysterium nobis patere propterea in Concilio Toletano 17. de reg. fid. cap. 2. ita statuitur: *licet in initio Quadragesimæ baptizandi generaliter claudatur: mysterium tamen, sicut Ecclesiastica consuetudinis ordo deposcit, necesse est, vt ostia baptisterij in eodem die Pontificali manu anulo assignata claudantur, & usque in cæna Domini sollemnitate nullatenus reserentur, ob id videli-*

Columbæ  
in baptiste-  
ris cur pin-  
gatur  
Baptisteria  
quare tege-  
rentur.

<sup>a</sup> de viz. S.  
Syluest.  
Baptisteria  
clausa erāt.

Baptisteria  
annulo à  
Pontifice  
obsignaban-  
tur  
Baptisteria  
quando  
claudere-  
tur, & ape-  
rirentur.

cer, ut & per signaculum Pontificum: (excepto gra-  
uissima necessitatis obuentu) in his diebus monstre-  
tur, per totum orbem non licere fieri baptismum, &  
sanctificationem iterum Episcopali ad eum observa-  
tione referata, signetur Dominica patere mysterium  
resurrectionis, in quo ad vitam factus est aditus ho-  
mini, ut quia per baptismum consepultus est in morte  
Christi, resurgat cum eo in gloria Dei. Quod quia in  
aliquibus Ecclesijs minime hæc sancta consuetudo ab  
Episcopis custoditur, atque peragitur; ideo per hanc  
nostram sententiam sancimus, atque decernimus, ut  
ita ab omnibus Hispania, & Galliarum Pontificibus  
custodiat, quatenus in prædicto die, inijt videlicet  
Quadragesima & ostia sancti baptisterij cū laudum  
consumatione claudantur, & ab Episcopis suorum  
signaculo obfigentur; ita ut nisi in cœna Domini ce-  
lebritate, quando more solito altaria debent deuestiri,  
eadem debeant ostia referari. Inconueniens enim res  
est, ut illic in præmemoratis Quadragesima diebus  
cunctis aditus pateat ad eundem, ubi non licet debitū  
mysterium exerceri.

---

Baptisteria ex lapide construuntur; eorum fasti-  
gium aneum; solidum argenteum, & aurum,  
preciosi quæ lapilli interdum appositi;  
dequæ imaginibus effingi  
solitis.

## CAP. XII.

**S**I de materia quæras; nihil certius respon-  
deri potest, quam, quod omnium Patrum

testimonia concludunt, ex lapide fuisse. Quorum primus Damasus in vit. S. Syluest. Constantini Magni liberalitatem describens, fecit, inquit, *Constantinus Augustus basilicas istas, quas & ornauit: basilicam Constantinianam, fontem sanctum, vbi baptizatus est Augustus Constantinus, ex lapide porphyretico, &c.* & Prudentius in peristeph. cum SS. Petri, & Pauli gloriosa certamina, basilicamque Vaticanam describit:

*Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptum  
Canens oliua, murmurans fluente.*

*Namque supercilio saxi liquor ortus, excitauit  
Fontem perennem chrisimatis feracem.*

*Nunc preciosa ruit per marmora, lubricatque cliuum,  
Donec virenti &c.*

Item Ioannes Moscus cap. 215. prat. spiritual. loquens de baptisterio Cedebratis oppidi est: in castello Cedebratis baptisterium, quod in Paschali sancte Resurrectionis, celebritate cum sit lapis vnus, ex se ipso continuo impletur. Nemo tamen credat ex solo lapide constitisse. nam, praeterquam quod aenei fastigij exemplum habemus apud Paulinum epist. 31. ad Aleth. scribentem: *fastigiatus solido aere tholus ornat*; etiam solidum argentum, & aurum, preciososque lapillos affuisse, declarat cum Damasi verba in Pontific. de Syluest. Pap. quantum aqua continet, ex argento purissimo, libras 3008. in medio fontis columna porphyretica, qua portat phialam ex auro purissimo, pensantem libras 50. in labro fontis agnum ex auro purissimo, fundentem aquam, pensantem libras 30. ad dexteram Agni saluatorem ex argento purissimo, in pedibus quinque pensantem libras 170. in laua Agni, beatum Ioan-

Baptisterij fastigium aeneum. Baptisteria solido auro, & argento, atque gemmis ornata erant.

58 De Antiq. Bapt. rit. ac Car.

nem Baptistam ex argento, pensantem libras 100. ceruos ex argento 7. fundentes aquam, pensantes singuli libras 800. tum Prudentius in peristeph. de baptist. Vatic.

*Musci relucent, & virescit aurum.*

& Simeon Metaphrastes in vita S. Martiani extractum ab eo baptisterium referens: ostendit autem diuinus Martianus haec quoque figura baptisterij, se uniuersum fecisse ad formam huius, quae sermone celebratur piscinae cum enim tectum tholis diuisisset, & aureis lapillis, quaecunque erant illius, ornasset, & aegrotorum figuras descripsit ad unguem, & ipsum etiam Christum, aegrotos curantem. Aditæ etiam erant variae rerum sacrarum imagines, artificii manu pigmentis, indiscreta penè veri similitudine, effictæ. quod docent non modò Damasi. & Simeonis loca supra allata, sed etiam prudentius ibidem dum canit:

Imagines rerum sacrarum in baptisterijs appositæ

*Omnicolor vitreas pictura supernè pingit undas,*  
& Paulinus Nolanus epist. 12. ad Seuer. vbi Christianæ humilitatis plenus, cum eo expostulat, quod suam iconem cum S. Martini imagine, hoc est, impij cum iusto simul in eodem baptisterio pinxisset, quemadmodum ex epigrammate ad eum misso aparet:

*Diues opum, Christo pauper sibi pulchra Seuerus  
Culmina sacratis fontibus instituit.  
Et quia cælestes aulam condebat in ædus,  
Quis renoueratur fonte, Deoque homines:  
Digna sacramenti gemina sub imagine pinxit,  
Discretet ut vitæ dona renatus homo,*

Baptisteria aſylum erant confugientibus; ſtata ac ſolē-  
ni ceremonia conſecrabantur; eorum dedicatio-  
nis dies lætè agitatus, reliquiæ addita bal-  
ſamum, & Lychni accenſi, certique  
annui redditus aſignati.

## CAP. XIII.

**S**ic extructa baptisteria magnam reuerentiã Baptisteria  
apud omnes homines facili momento in- apud bar-  
uenerunt: adeo-ut non modo fideles, & Chri- baras na-  
ſtiani, ſed etiam Barbaræ nationes loci ſancti- tiones in  
tate caperentur, ſicut, præter alia, ex Proterij, & honore ha-  
fociorum concuſſu, ad baptisterium. veluti ad bebantur.  
aſylum factò, intelligimus: de quo in Epiftola  
Aegiptiorum Episcoporum, & cleri Alexan-  
drini ad Leon. Imperat. ita legitur: decuſſis pau-  
cis diebus, dum commito, & irrationabilis ira pro  
Timotheo meditaretur ab aliquibus contra ſanctæ  
memoriæ Proterij nihil aliud, quod facere illebe-  
atæ memoriæ, quam ut locum daret iræ ſecundum  
quod ſcriptum eſt ut ad ſacrum baptisterium ſe con-  
ferret inuaſionem fugiens contra ſuam concurrentium  
necem. in quo ſcilicet loco & Barbaris & cunctis fe-  
rocibus hominibus timor fuit, etiam neſcientibus loci,  
culturam. & exinde gratiam emanentem. Sed  
quia parum firma, ac legitima videbatur, quæ  
in ſola natura, ac rerum molitione pietas ſita  
erat, veteres, quibus fidei Chriſtianæ incremē-  
ta curæ erant, etiam religionem addidere, ut  
baptisteria ſolemni ceremonia ac ſtatis preci-

Baptisteria  
consecra-  
bantur.

bus consecrarentur, quod in omni ætate semper obseruatum, veteres historiæ, SS. Patrum monumenta declarât. Nemo enim legens pij pontificis vitâ quâ Anastasius Bibliothecarius scripsit negare, audebit cū audiat: *fontem baptismi construi fecit, manu sua benedixit, & consecrauit.* Nec quisquam adeo imprudens, vel temerarius est, vt, cum intelligat, quod in gestis S. Marcelli scribitur *inuenit locum ubi sanctus Cyriacus fontem adificauit quem consecrauit beatus Marcellus Episcopus*, ne falsitatis arguendum existimet Eo magis, quod Damasus in vit. S. Siluest. baptisterium, in quo Constantinus cœlestis iustitiæ gratiam adeptus est, *sanctum hoc est, consecratum appellat fecit* (inquit) *Constantinus Augustus basilicas istas quas & ornauit basilicam Constantinianam, fontem sanctum, ubi baptisatus est Augustus Constantinus ex lapide perphyrético* Immo C. Sollius, Sidonius Apollinaris epist. 16. lib. 4. ad Elaph. dedicationis festum recenset, quod pro extructo baptisterio late agitandum erat. sic enim inquit: *baptisterium quod olim fabricabamini, scribitis posse iam consecrari. Ad quæ festa vos voti, nos ministerii officij multos, fidei rotas causa sollicitat.* Ordo deinde Romanus etiam modum consecrandi baptisterij tradidit his verbis: *ordo in dedicatione baptisterij, primitus fiat aqua benedicta cum litanis, deinde dicatur ista oratio: omnipotēs sempiternæ Deus &c. tunc adspargat ipsum baptisterium aqua benedicta, addens odorem insens.* Et Amalarius Fortunatus de eadem re sic scriptum reliquit lib. 1. de Eccles. Offic. cap. 28. *litanis qua fiunt cir-*

Dedicatio-  
nis bap-  
tisterij festi  
celebraba-  
tur.

ca baptisterij consecrationem, intercessionem sanctorum designant pro renascentibus. Ex quibus locis intelligere est, quantum huic consecrationi veteres tribuerint, cum eius dies apud Christianos solemniter memoria esset, & legitimæ ceremoniæ, preces, supplicatio, aqua lustralis & odores adhiberentur. Non deerant tamen alia, quæ baptisteriorum dignitatem, & decus auergeret. Nam in omnibus sanctorum pignora locabantur, cuius preclarum testimonium habet Eunodius Ticinensis Epist. ad Eutal, cum inquit: *versus in baptisterio v. g. llo facti, vbi picti sūt martyres, quorum ibi reliquiæ conditæ sunt.*

Consecra-  
di bap-  
terij cere-  
monia.

Reliquiæ  
in bap-  
terijs posite.

Conditor Armenius, supero qui dignus amore est,

Hic peperit fontem viuificantis aqua.

& Gregorius Turonensis lib. 10. hi. c. 31. vbi de seipso scribit: *baptisterium ad ipsam basilicam edificari precepi, in quo s. Iohannis, & Sergij Martyris pignora collocaui.* Huius autem rei causa nunquã balsamum summa, & acerrima suavitate conditum, pensilesque lychnuchi cum perpetui luminis alimento positi sunt, vt in Constantini baptisterio contigisse scimus, de quo Damascus in vita S. Syluest. ait: *in medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam ex auro purissimo, pensantem libras 50. vbi ardent balsami libra ducentæ lichnum annexum ex stipaniamenti &c.* Extat vero etiam apud eundem Damasum ibidem longa series annorum reddituũ, quos constantinus Imperator eidem baptisterio legauit, vt infra: *Massa festi ex territorio Gabinensi prestans solidos ducentos, & duos. Massa pietas ex territorio supradicto prestans solidos 205.*

Balsamũ,  
& pensiles  
lychni in  
baptiste-  
rijs appo-  
siti.

Baptiste-  
rijs redi-  
tus assigna-  
ti.

*Massa Statiliana* ex territorio Sorano, praestans solidos 300. *Massa* intra Siciliam Tusana ex territorio parentiensis, praestans solidos quingentos. Intra urbem Romae domus vel horti praestantes solidos bis mille trecentos, *Fundus Bassi* praestans solidos centum viginti. *Massa Laminas* ex territorio Corsolano, praestans solidos ducentos, *Fundus Capulli* ex territorio Nomentano, praestans solidos quinquaginta, *Massa Stariana* ex territorio Sabinensi, praestans trecentos quinquaginta. *Massa Murina* ex territorio Appiano Abanensi, praestans solidos 300. *Massa Virginis* ex territorio Sorano praestans solidos 200. *Transmarina* intra partes Africae. *Massa Vincis* ex territorio Mucario, praestans solidos 600. *Massa varia Sardana* praestans solidos quingentos. *Massa Camaras*, ex territorio Curtalupi praestans solidos 405. *Massa Numans* ex territorio Numidia praestans solidos 810. in Gracia, *Massa Cephaeia* praestans solidos quingentos. In Magaluso *Massa Amazon*, praestans solidos 222. Sed. quia nusquam alibi certos redditus baptisteriis assignatos fuisse, comperio, merito dubitari potest, ex pia ne Constantini liberalitate, an ex certa lege, consuetudine singulis baptisteriis sua praedia legandi, tanta bonorum accessio Lateranensi facta sit. Nam primo, ut dixi, omnium Patrum silentium, & Eccles. nascentis angustiae fauent. Secundum vero, propter accensae lampadis sumptus & baptizandorum pauperum veltes, cereosque emendos ut credam, inclinatur animus.

De aqua baptismalis consecratione, qua eius anti-  
quitas quidem usus, & quare instituta.

## CAP. XIV.

**C**elebris est sententia, eorum qui veritati  
tenebras, fraudibus, & mendacijs offu-  
dendo, Ecclesie ritus, ac ceremonias demere,  
ac abolere nituntur, aquae baptismalis conse-  
cratione aut in Ecclesia catholica noua esse,  
aut parum utilitatis, ac fructus Christianae pie-  
tatis afferre, cuius opinionis falsitas etsi con-  
futata a multis Patribus non desiderat oratio-  
nem meam, tamen afferenda breuiter eorum  
testimonia sunt, ut tantis fulta praesidijs veri-  
tas altius in hominum pectora demittatur.  
Principio autem de aquae consecrandae anti-  
quitate dicam, quae ab Apostolorum tempo-  
ribus ducta, ad nostram aetatem deriuauit. Est  
enim apud Authorem Constitut. Apostolicar.  
quae Clementi Romano tribuuntur non ab-  
horrens a vero locus lib. 7. cap. 43. cuius ver-  
ba sunt: *deinde venit ad aquam, benedicit & glo-  
rificat sacerdos Dominum Deum omnipotentem &c.*  
& paulo post ipsius benedictionis verba refe-  
rens. *descende, inquit, de caelo, & sanctifica hanc  
aquam, dei gratiam - & virtutem, ut qui bap-  
tizatur secundum mandatum Christi cum eo cru-  
cifigatur, & commoriatur, & consepeliatur, &  
consurget.* Preterea S. Dionisius Areopagita,  
qui Beati Pauli auditor fuit, varios baptismi

a Gualter.  
Lolard  
Martin.  
Luth. Ioã.  
Calu &  
Tilmann.  
Heshus.

Consecra-  
tio aquae  
baptismalis  
ab Aposto-  
lis instituta  
peruenit  
ad nos.

Ecclesia  
trium Re-  
gum Me-  
diolani.

ritus explicans, lib de Eccles. Hierarch. cap. de bap. inquit: ad matrem adoptionis venit, eiusque sacra apellatione, inuocationeque sanctificationis aquis, cum ea trina unguenti perfusione perfecit, virum ad se portari iubet, &c. Atque his testimoniis non Patrum modò monumenta, verum etiam historiae refertae sunt, & quidem maxime nostrae. nos enim S. Caium Archiepiscopum accepimus, cum baptismi Sacramento initiaturus esset, statis Ceremoniis aquae benedixisse. De quo in Galuaneo cap. 231. suae historiae sic legitur: ipse ad fontem sanctum iuxta Ecclesiam trium Regum accessit in festo Paschatis, & flexis genibus cum hymnis & canticis solenniter benedixit ipsum fontem, & inuocata gratia spiritus sancti, baptisterium consecrauit. & toto tempore Paschali ciuitatis senatores, & consules baptizauit. Vt autem in veterum testimonijs immoremur, Tertullianus lib. de bap. cap. 4. dum eorum opinionem confutaret, qui aquis sanctitatis animae impertiendae vim à natura inditam esse, existimabant; ipsius aquae baptismalis efficaciam sic admittit, vt Spiritus sancti virtutem non adimat. scribit enim: igitur omnes aquae de pristina originis prerogatiua sacramentum sanctificationis consequuntur, inuocato Deo. superuenit enim statim spiritus de caelis, & aquis, sanctificans eas de semetipso, & ita sanctificandi combibunt. secutus est hunc S. Cyprianus Epist. 70. ad Ianuar. vbi de hac materia tractans, oportet ergo, inquit, mundari, & sanctificari aquam prius à sacerdote, vt possit baptismo suo peccata hominis, qui baptizatur, abluere. & lib. de stella, & Magis, dum eorum  
baptisma

baptisma referret, qui ab impio Herode gra-  
miter affecti, effuso sanguine Christo salutis  
humanae auctori prius litauerunt, quàm illum  
cognoscerent, ita testatur: *hi nuper cruore la-  
cteo loti primitias baptismi cruore consecrarunt, tra-  
dentes posteris formam, ubi necessitatis articulus  
excluserit moram, non minus ad lauacrum anime  
sanguinem efficacem, quàm sanctificatas verbis  
solemnibus aquas.* In Concilio autem Nicæno pri-  
mo can. 68. ex Francisci Turriani versione,  
eiusdem consuetudinis mentio est, cum dicitur:  
*transacto anno debet sacerdos aquam, & oleum  
benedicere, non sicut fit in baptismo, nequè  
sicut benedicuntur chrisma, sed sicut oleum infir-  
morum, & sicut aqua ad mundationem immunditi-  
e eorum, qui comederant morticinium,* meminit  
& Sanctus Athanasius tractatu de communi  
essentia Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: ubi  
baptismum à Deo, non à ministro gratiæ  
conferendæ vim habere, docet his verbis: *si  
igitur subminister est, superuacaneum est ergo in  
nomine subministri, etenim sacerdos non aquam  
sanctificat, sed ministerium, quod requiritur, ad-  
implet, cum id officij acceperit à Deo per dona-  
tionem.* Quare Optatus Mileuitanus aquam  
baptismalem sanctam appellauit libro quinto  
contra Parmen. scribens: *Christi enim vox est:  
qui semel lotus est, non habet iterum necessitatem  
lauandi, & de eo lauacro pronunciauit, quod de  
Trinitate celebrandum esse mandauerat, non de  
Iudeorum, aut hereticorum, qui dum lauant, sor-  
didant: sed de aqua sancta, quæ de trium nominum  
fontibus abundat, vox autem sancta, aquæ bap-*

tismali attributa est, non modò quòd bap-  
 tizantis animæ sanctitatem conferat, sed etiam  
 quia solennibus cæremonijs, & precibus à  
 profano vsu eximitur, vt ipsum authorem le-  
 gentibus dubitare non licet. Sed quid con-  
 iecturas, vel argumenta quarimus? S. Basi-  
 lius non potuit hanc consuetudinem clarius  
 explicare, in Psal. 28. scribens: *in vniuer-  
 so bap-  
 tismatis administratur mysterium, diuina  
 inuocatione aquarum sanctificante naturam.* Nec  
 Gregorius Nyssenus à S. Basilio dissentit orat.  
 de bap-  
 t. vbi scribit: *audi igitur contra à nobis,  
 quod aqua, quæ benedicitur, purgat, & illuminat ho-  
 minem, & orat. aduersus eos, qui differunt bap-  
 tisma, solam accipiētis fidem, & ministri bē-  
 dictionem ad baptismum necessariam esse, dis-  
 serens: omnis locus est communis Domini, & omnis  
 aqua est apta ad vsu bap-  
 tismatis, si modo inuenerit  
 fidem eius, qui id accipit, & benedictionem sacerdo-  
 tis sanctificantis.* Adiungamus his Theophilum  
 Alexandrinum, qui Epist. ad Episcop. Ægypt.  
 consecrationis aquæ baptismalis, & sacrosan-  
 ctæ Eucharistiæ ita meminit: *non recogitat, aquas  
 in bap-  
 tismate mysticas aduentu sancti spiritus con-  
 secrari, panemque Dominicum, quo saluatoris corpus  
 ostenditur, & quem frangimus in sanctificationem  
 nostri per inuocationem, & aduentum sancti spi-  
 ritus sanctificari.* Amplius S. Ioannes Chryso-  
 stomus homil. 13. in Marc. vt summus rerum  
 opifex baptismi aquis sanctitatem, & sancti-  
 ficandi vim impertiat, enixè precatur in hunc  
 modum. *Deus autem omnipotens ipse corroboret  
 corda vestra, ipse vos dignos faciat lauacro suo:*

ipse in vos descendat in baptisate: ipse aquas  
sanctificet, ut sanctificemini. Paulinus quoque  
Nolanus Epist. 12. ad Seuer. idem tradit, sicut  
ex epigtaminate ad eum misso colligitur.

*Hic reparandarum generator fons animarum*

*Vinum diuino lumine flumen agit.*

*Sanctus in hume caelo descendit spiritus amnem,*

*Caelestique sacras fonte maritat aquas.*

*Concipit vnda Deum, sanctaque liquoribus almis*

*Edit ab aeterno semine progeniem.*

Quin & S. Augusti. lib. 3. de vnica. bapt. ad  
hanc consuetudinem spectans, non est, inquit,  
aqua profana, neque adultera, super quam Dei nomen  
inuocatur, etsi a profanis, & ab adulteris inuocetur,  
& Victor Vicensis lib. 2. de persecut. Van-  
dal. cum caeleste monitum Felicis caeci per  
quietem referret: his visitatur a Domino, predi-  
citurque ei nocte per visum, dies enim Epiphaniarum  
illucescebat, surge, vade ad seruum meum Euge-  
nium Episcopum, & dices ei, quia ego te ad illum  
dixi, & illa hora, qua benedicit fontem, ut bap-  
tizentur accedentes ad fidem, continger oculos tuos,  
& aperientur. Quod a Carolo Magno reper-  
tum legimus de veter. Eccles. ritib. ab Vuol-  
fango Lazio collectis, vbi ait: his expletis, pro-  
cedit pontifex ad fontes benedicendos cum omni clero.  
Atque haec Patrum testimonia de aqua in templis,  
& statuto baptismi tempore consecrata egre-  
gie se habent. Non desunt etiam alia, quibus  
& in priuato baptisate, cum domi, necessitate  
cogente, ministratur, idem factitatum esse,  
demonstremus. Nam in Gestis S. Sulannae Vir-  
ginis, quae putantur a Notarijs Rom. Ecclesiae

Aqua bap-  
tisma'is co-  
secratur  
etiam in pri-  
uatis bap-  
tismis.

cōscripta, Gabinius presbyter Claudium cum filijs, & vxore Christi fidem amplexū, non antè baptizauit, quàm aquæ solenni ritu benediceret, sicut Gestorum verba testantur: *fecit ergo Gabinius presbyter pro consuetudine vxorem, & filios eius Alexandrum, & Cuthiam catechumenos, deditquè eis sapientia medicinam, atquè eadem hora catechesei eos instruxit, & cum aquam benedixisset pro Dei timore, baptizauit Claudium &c.* In vita etiam S. Calixti Papæ, quam ex antiquissimis manuscriptis codicibus Laurentius Surius collegit, omnes facillè intelligimus, Palmatiū consulem, qui antè efficacissimus omnium scelestorum, & flagitiorum administer extiterat, atquè iam inclinatu Alexandri Imperatoris animum perfacili momèto ad christiani nominis oppugnationem impulerat, meliori mente cōcepta, iamquè repudiata veteri superstitione, domi in aqua consecrata torius anteaetæ vitæ maculas eluisse, de quo Laurentius loquitur: *tunc indixit ei Calixtus ieiuniū vnus diei, & catechizauit eum, allaramquè aquam ex puteo eiusdem domus benedixit, repositoquè in peluim Palmatio dixit, credis &c.* Idè videre est apud Gesta S. Marcelli Papæ, in quibus Sapor persarum Rex, cum filia eius Iobia immūdis spiritibus obsideretur, ad Diocletianum nuncios misisse fertur, vt Cyriacum Diaconum eximia exorcizandi arte, & scientia iuberet ad se venire. Quod cum factum esset, ac Iobia sacris carminibus, atquè exorcismis optimè habere inciperet, Dei afflatu, qui ex corporis salute, plerunquè salutem curare solet animorum, ingens Euangelij porta facta

est, quam secutus Cyriacus, puellam primò  
 fidei rudimentis instituit, nùm aqua statutis  
 precibus dicata, veterè Ecclesiæ instituto, bap-  
 tismi sacramento donauit; nisi Gestorum col-  
 lectori fides abroganda est dicenti: ab ea-  
 dem hora salua facta est Iobia. Tunc beatus Cy-  
 riacus dixit ei: filia crede in Filium Dei, &  
 semper sana eris: respondit Iobia: ego credo in Do-  
 minum Iesum Christum, quem prædicas, & fecit  
 eam catechumenam more solito, & catechizauit  
 eam, & allata aqua, deposuit eam nudam in con-  
 cham argenteam, & benedixit aquam, & dixit ei:  
 Iobia credis &c. Quòd si plura exempla desi-  
 deras, Laurétium Suriũ lege in vit. S. Laurent.  
 Archileu. vbi Lucillus, & Hypolitus claro æquè  
 genere, ac virtute, cùm Christianam pietatem,  
 ac fidem in carcere professi essent, aqua con-  
 secrata tincti, æternæ salutis consuluerunt: scri-  
 bente Surio: benedixit què aquam, & cum ex-  
 poliaisset eũ, fudit super caput eius dicens: credis in Deũ  
 patrem omnipotentem Lucille? &c. & Paulò post:  
 more solito catechizauit eum, acceptamquè aquam  
 benedixit, & baptizauit eum. Possumus etiam  
 Simeonis Metaphrastis testimonio vti, qui  
 in martyr. Steph. Rom. Pontif. cap. 4. scri-  
 bit, aquam, in qua Nemesius Deo rena-  
 tus est, consecratam fuisse, his verbis: cum  
 autem venisset hora vespertina, benedixit aqua  
 in eo loco, & Nemesium in aquam demisit, & bap-  
 tizauit in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti.  
 Denique Ludgerus Episcopus, fidei propagan-  
 dæ studio incensus, cùm Frisia, Christi factis im-  
 piè desertis, magnum Euangelio obicem pone-

Iobix Per-  
 sarum Re-  
 gis filix  
 baptisma-  
 tis.

ret, laicum apud eam gentem magna existimatione immisit, vt oppugnatis mulierum castris, quæ diuini Verbi iacula scælicius excipiunt, infantulos earum, agrè animam trahentes, cõsecrata stas precibus aqua, lustraret: quod Laurentius Surius egregiè conscripsit. Sed ne hominem sæpe citando fatigemus, ipse suum iam incipiat narrare cõmentum: *cum* (inquit) *studio Sanctus Ludgerus delectatus, eius industria in fidei quoque causa vñdum putauit. Quia enim illis diebus Frisia à fide secundo defecit, & famulis Dei inde expulsi, ipse ad eos accessum habere nequiuir, per illum paruula saluè ætati cõsulere voluit, si perfectæ nequirit. Proinde, quia à multis diligebatur, & de eo utpote laico nulla huiusmodi suspicio haberi poterat per singulorum domos cum excurrere iussit, dato præcepto, vt, persuasis matronis, quarum ingenium natura facilius nouerat, morituros earum infantulos benedicta simpliciter aqua, in nomine Domini cum inuocatione s. m̃che Trinitatis baptizaret, &c.* Quæ omnia scriptorum testimonia etsi nullam aquæ consecrandæ rationem apertè demonstrare videntur, tamen haud imprudentiæ nota careat, qui temerè, ac sine consilio à Patribus id institutum esse, existimet. Nam, præterquam quod & rei dignitas, & alia multa, quæ cuiuslibet non imperito rerum æstimatori faciliè occurrere possunt, ita postulare videbantur; etiam dæmones aquis incubasse, atque inde plurima mala in hominum vitam profecta esse, Tertullianus author est. Quod causæ fuit, vt Ecclesia exorcismis, atque adiurationibus ad illos expellendos, eorumque vim noxiam longè proffigantur.

Causa con-  
s. rudi  
aquam bap-  
tismalem.

dam adhiberet. Tertulliani autem verba sunt lib. de bapt. c. 5. si de sola natura aquae, quod propria materia sit ad legendi auspicij emundationem blandiuntur, quanto id verius aquae praestabunt per Dei auctoritatem, à quo omnis natura earum instituta est? si religione aquarum medicari putant, quae potior religio, quam Dei vini? quo agnito hic quoque studium diaboli recognoscimus, res Dei amulantis, cum & ipse baptismum in suis exercet, quid simile? immundus emundat, perditior liberat, dānatus absoluit. suam videlicet aquam destruet, diluens delicta, qua inspirat ipse, haec quidem in testimonium posita sunt reflectibus fidem, si minimè credant rebus Dei, quarum affectionibus apud amulum Dei credunt, an non & alias sine ullo sacramento immundi spiritus aquis incubant, affectantes illam in primordio diuini spiritus gestationem? sciunt opaci quinque fontes, & auj quique riuus, & in balneis piscina, & Euripi in domibus, vel cisterna, & putei, qui rapere dicuntur scilicet per vim spiritus nocentis: nam & eneetos, & lymphatos, & hydrophobos vocat, quos aqua necauerunt, aut amentia, aut formidine exercuerunt, quorsum ista reuulimus? ne quis durius credat, Angelum Dei sanctū aquis in salutem hominis temperandis adesse, cum Angelus malus profanus commercium eiusdem elementi in perniciem hominis frequentat. Hæc ille de aquæ baptismalis dignitate, sed allata putemus consecrationis ostendendæ causa. Quamobrem id quidem non est dubium, quin ad dæmones profligandos aquæ consecrandæ ritum Ecclesiae principes instituerint. Est etiam alia causa, cur aquæ consecrandæ vsus in Ecclesia receptus fuerit, vt nimirum ex eius benedictione

E iiii

Alia causa consecrandæ aquæ baptismalis.

sanctitatem, qua animæ in baptismo donantur, intelligere possemus, quam veritatem S. Cypriani locus Epist. 70. ad Ianuar. supra citatus non obscure significare videtur, cum inquit: oportet ergo mundari, & sanctificari aquam prius à sacerdote, ut possit baptismo suo peccata hominis, qui baptizatur, abluere, cum enim ibi benedicendi necessitas exprimat, & solius hominum ablutionis mentio sit, manifestum est, secundum primi causam extitisse.

*Quibus ceremonijs aqua baptismalis consecraretur, singula afferuntur: & breuiter de forma, tempore, & hora illius consecranda.*

## CAP. XV.

**Q**uibus autem ceremonijs veteres aquam baptismalem consecrauerint, ex SS. Patrum lectione colligi potest. Nam plurimarum series ab illis numerari solet, quæ tamen his potissimum continentur. Primò sacerdos aquam sacris carminibus, atquè exorcismis à perenni rerum diuinarum aduersario expiabat: sicuti comprobant Tertulliani verba lib. de bapt. cap. quinto, mox allata, & Sancti Ambrosij libro primo Sacramentorum cap. quinto, de hac re scribentis: cum forma baptismatis, & usus hoc habeat, ut antè fons consecratur, & tunc descendat, qui baptizandus est, nam, vbi primum ingreditur sacerdos, exorcismum facit: secundo super creaturam aqua inuocationem, postea precem defert, ut sanctificetur

Exorcismus in aqua consecratione.

*fons, & aſſit præſentia Trinitatis æterna. Deinde*  
 aquam in quatuor partes manu diuidebat, cru-  
 cis figuram exprimendo; vt baptiſini gratiam  
 in quatuor mundi partes, hoc eſt, totū orbem  
 diſfulam eſſe, oſtenderetur. Quod docet S.  
 Gregorius lib. Sacram. de ſabb. Paſch. cūm  
 ſcribit: *Hic cum manu ſua diuidit aquam in mo-*  
*duum crucis. & Seuerus Alexandrinus lib. de*  
*ritib. bapt. tūm ſuſpendit vocem ſacerdos, & qua-*  
*libet inuocatione facit quatuor cruces ſuper aquas,*  
*digitumquē ſuum demittit ab Oriente primum, de-*  
*in ab Occidente, & ſeptentrione, & meridie aqua-*  
*rum. & Author Ordinis Romani de die ſabb.*  
*ſanc. hic primam crucem faciat cum manu ſua, di-*  
*uidens aquas in modū crucis. Quod etiā Beroldus*  
 noſter tradidit in manuſcripto codice, quē in-  
 ſignis bibliotheca Canonicoꝝ ædis primariæ  
 aſſeruat, de die ſabb. ſanc. in quo ſic legitur:  
*inſuſtat in ipſam aquam in ſimilitudinem crucis, &*  
*dicit: adiuro te creatura aquæ. hic diuidit aquam in*  
*modum crucis. Ex quo debet intelligi, crucis ſig-*  
 num non modò manibus, ſed etiam ſpiritu ef-  
 ficium eſſe: puto vt ſpiritus ſancti vis, quæ aquæ  
 ſanctitatem impertit, facilius pateret. Verūm  
 hic rurlus animaduertendum eſt, inter vete-  
 res Græcos, & recentiores de crucis modo non  
 conuenire. nam vt illos Latinorum more,  
 manibus, aut ſpiritu crucem pinxiſſe conſtat;  
 ſic hos crucem ex materia confeſtam (quod  
 mirum dictu eſt) in aquam mittere, ex Eu-  
 chologio Græcorum, quod Iodocus Coccius  
 refert, apertè intelligitur his verbis: *inclina De-*  
*mine aurē tuas, & exaudi nos, qui in Iordane bap-*

Diuiſio a-  
 quæ in qua-  
 tuor partes  
 per modū  
 crucis.

Crucis ſig-  
 num in be-  
 nedictione  
 aquæ bap-  
 tiſimalis  
 manibus,  
 & ſpiritu  
 effingeba-  
 tur, & qua-  
 re.

Crucem ex  
 materia  
 confeſtam  
 Græci in a-  
 quam bap-

tismalem mittunt, dum eam consecrant

Crucis signum in aquam rectum demitti, & attolli solere, existimemus. Eadem crucis materiae consuetudo apud Syrios, siue Chaldaeos viguit, quod multis patet veterum scriptorū testimonijs. Inter alios extat apud eundem Iodocum Coccium Michaelis Chindesi, filij Eliae Patriarche Antiocheni liber caeremonialis, seu de ritu consecrationū, quem de Ecclesia Syriaca, siue Chaldaea conscripsit, in quo aquam baptismalem consecrandi caeremoniae in hunc modū referūtur: *Vbi aqua est benedicta, preparatam crucem cantores recte collocēt in suo stipite, & qui benedicit aquam, accipiens sic dicit*

Crucis materia in aquam mittenda consuetudo viguit etiam apud Syrios, siue Chaldaeos.

Crucis materiae in aquam baptismalem mittendae consuetudo apud Aethiopes durat.

*terari passus es, & sanctificans aquas, benedic etiam nos, per inclinationem propriae cervicis significantes ipsum seruitutis statum, & fac nos dignos impleri sanctificatione tua, deinde capiens preciosam crucem benedicit aquas, ter demittens, & attollens ipsam relictā, mox post sanctificationem sic adspersit totum populum, & mansionē. Quo loco praeterea monemur, ut, crucis signum tribus vicibus in aquam rectum demitti, & attolli solere, existimemus. Eadem crucis materiae consuetudo apud Syrios, siue Chaldaeos viguit, quod multis patet veterum scriptorū testimonijs. Inter alios extat apud eundem Iodocum Coccium Michaelis Chindesi, filij Eliae Patriarche Antiocheni liber caeremonialis, seu de ritu consecrationū, quem de Ecclesia Syriaca, siue Chaldaea conscripsit, in quo aquam baptismalem consecrandi caeremoniae in hunc modū referūtur: *Vbi aqua est benedicta, preparatam crucem cantores recte collocēt in suo stipite, & qui benedicit aquam, accipiens sic dicit* &c. Quamuis enim crucis in aquam missio taceatur, tamē, cum sacerdos eā manu capiat, & fontis benedictionem ordiatur, non est, cur quisquam dubitet, in fontem missam fuisse, praesertim quia cum Graecorum consuetudine convenit, & aliter manu capiendi frustra susciperetur labor. Quin etiā hac nostra, vel paulo superiori aetate, Aethiopum Ecclesiam ipsomet ritu usam fuisse, colligitur ex ordine baptismi secundum usum Aethiopum, qui in tomo sexto bibliothecae veterum Patrum insertus est, in quo legimus: *accipit postmodum crucem, & ter ea aquam sulcat in modū crucis, clamans,**

sanctus, sanctus &c. si enim sacerdos crucem accipit, eam materia constare, necesse est. Postea duos cereos in fontem immittebat, cuius satis amplum testimonium præbet non solum S. Gregorij locus ex lib. Sacram. de sabb. Pasch. *mittuntur duo prædicti cerei intus in baptisterio, sed infinita penè aliorum scriptorum verba, in primis Ordinis Romani de sabb. sanct. hic deponitur cereus benedictus in fontem: & sacerdos dicat excelsa voce, descendat in hanc plenitudinem fontis virtus spiritus tui, totamquè eius aquæ substantiam regenerandi fecundet effectu. Hic colligitur cereus &c. Albini Flacci de Divin. Offic. cap. 19. ad invocationem Verò spiritus sancti, quem sacerdos celsa voce proclamat, id est, alto mentis affectu, deponitur cereus benedictus in aquam, siue illi, qui ab eo illuminati sunt, ad demonstrandam scilicet spiritus sancti præsentiam, sacerdote ita dicente, descendat in hanc plenitudinem fontis, &c. & Altercationis Synagogæ, & Ecclesiæ, quam Iodocus Coccius collegit cap. 9. extende manum super mare: in signum huius manus extensa, & veri flantis, adhuc in Ecclesiâ in sabbato paschali sacerdotes aquas baptismi consecrantes, findunt aquas manu, & sufflât aquas flatu, & opponunt cereum accensum in typi columna ignis, que præcedebat eos in nocte. Unde perspicuum fit, cum ratione cerei immitendi, à spiritu Sancto, què significat, petendâ esse, tum figuram, & typum, ignis columnam, qua duce Hebræi denique noctis incommoda superauerunt, extirpasse. In super tribus vicibus in aquam spiritum impellebat. Ex quo prodijit illud S. Gregorij lib. sacram. de sabb. Pasch. *hic sufflât tribus vicibus**

Cerei in aquam immissio.

Cereum in aquam baptismalè immitendi causa, & figura. spiritum in aquam impellebat tribus vicibus.

in aquam; & Seueri Alexandrini de ritib. bapt. hic ter insuflat sacerdos in aquas in figura crucis, & pronus ait: collidatur &c. Cuius rationem reddens ibidem Seuerus, cœlestis auræ internum afflatum, qui cæcas hominum mentes ad rectū salutis iter prouehit occultis motibus, olim Apostolorum pectori superfusum, à baptizandis recipi oportere, significat; dum ait: oratio sacerdotis ad Deum, dum in aquam insuflat, da ipsis Domine sanctum illum afflatum tuum, quem unicus filius tuus insuflauit in sanctos discipulos suos, omneque reliquias cultus Idolorum ab eorum cogitatione procul expelle, preparans eos ad receptionem spiritus sancti. & fortè etiam Theodoricus Abbas idem innuere voluit li. 3. de vit. sanc. Hildegard, cap. 22. cum eius baptismum, & Christianæ vitæ officia recenseret: denique sabbato sancto, cum fons baptismalis consecraretur per flatum sacerdotis, quem in fonte mittit, cum verbis, que spiritus Sanctus rationabilitati hominis, & doctoribus Ecclesia infundit; quoniam in prima creatione spiritus Domini ferebatur super aquas: mulier illa presens ibi erat &c. nam propterea motionis spiritus Sancti meminit, vt, baptizatorū corda eius impulsu agitari oportere, doceret: sicut ex sequentibus patet. Tūm etiam signo crucis iterato aquā muniēbat; vt omnis facultas ad eā redeundi Diabolo demeretur. In quam sententiam scripsit S. Augustinus serm. 181. in Vigil. Pentecost. de exposit. symb. hoc enim signo crucis consecratur corpus Dominicum, sanctificatur fons baptismalis, inhiantur etiam presbyteri, ac ceteri gradus Ecclesiastici, & omnia, quæcunque sanctificantur, hoc signo Dominica

Causa impellendi spiritus in aquā baptismalem.

Aquā baptismalem sacerdos quare signo crucis iterum munit.

crucis cum inuocatione Christi nominis consecrantur. & Ordo Romanus de die Sabb. Sanc. hic primam crucem faciat. & paulo post: hic secundam crucem faciat, & reliqua, quæ, etsi consecrationem aquæ baptismalis aperte non docent, tamen de ea dicta esse, qui ipsum Ordinem legit, facile intelliget. Demum chrisma, solenni cæremonia cõsecratum, tribus vicibus in aquã infundebat. ideoquæ à S. Dionysio Areopagita scriptũ est lib. de Eccles. Hierarch. cap. de bapt. ad matrẽ adoptionis venit, eiusque sacra appellatione, inuocationeque sanctificatis aquis, cum eas trina unguenti perfusione crucis specie perfecit, virum ad se porrari iubet. Quod etiam ab Eucherio Lugdunensi significatum legimus Dom. 4. post Põtecost. cum inquit: quemcunque liquorem in oleum infundas, oleũ semper de super natat: oleo Ecclesia consecratur. est autẽ ibi oleum idem, quod chrisma; quoniam hoc ex illo, & balsamo conficitur; ita vt pars pro toto posita sit. nec dubitandum est, quia baptismi nomine aquam baptismalem accipere oporteat; cum & ea vox in hoc sensu apud veteres Patres frequentissima sit; nec alteri rei commodius aptari queat. Eodem quoquæ spectant Hincmari Rhemensis verba inuit. S. Remig. Rhemor. Archiepisc. sanctificato autem fonte, nutu diuino chrisma defuit, & paucis interiectis: de quo chrismate fudit venerandus Episcopus in fontem sacratum. Senerus etiam Alexandrinus de ritib. bapt. manifestè idem demonstrat, ita scribens: & accipit cornu chrismae ipse sacerdos, & effundit super aquas tribus vicibus in similitudinem crucis. Nequæ aliter accipiendũ est

Signi crucis vltus in Ecclesia.

Chrisma consecratũ ter in aquã infundebat.

Mos vetus Ecclesias consecrandi.

illud Ordinis Romani de die Sabb. sanc. pontifex verò fundit chrisma de Vasculo aureo in fontē super ipsam aquam in modum crucis, dicens &c. Albinus verò Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. 19. ferè eadē ait: fontē benedictō, accipit pontifex chrisma cum oleo mixto in vase ab Archidiacono & adspersit per medium fontis in modū crucis, & Beroldus Ecclesiæ Mediolanensis olim custos, in eo cæremoniali. quod subcisiuis operis conscripsit, hunc morē cumulatè profequitur; dū aquæ baptismalis. consecrāda cæremonias referens, de Sabbato Sancto ita scribit: tunc cimiliarcha presens assistens cum chrismate, & cocleari argenteo, porrigit Archiepiscopo coclear vacuum, & Cimiliarcha tenente chrisma, Archiepiscopus fundit ipsum chrisma cum prædicto cocleari in modū crucis, dicendo sit fons iste sacer sanctificatus, & perunctus: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. quæ licet ab infimi ordinis homine scripta sint; talia tamen sunt, vt autoritate, & fide nō careant: cū & ipse cæremonijs peragendis interfuerit, & planè cum eis cōueniant, quæ Mediolanensis Ecclesia adhuc seruat. His cæremonijs addere fuit in animo solennem supplicationem, quam ad fontē baptismi magno pietatis fructu obibant, de qua in eodē Beroldo mentio fit his verbis, tunc magister scholarum præcedit cum pueris suis cantando antiphonā vsque ad regias baptismalis Ecclesiæ. & ibi extra Ecclesiā Archiepiscopus exiit stolā, & planetam, & induit se paludamento baptismali, & præcingit se manutergio cum cingulo, habens mitrā in capite, vt ostendatur, quod sit Rex, & Pōtifer & sic incedit ad fontem, antecedente magistro scho-

Supplicatio a baptismi fontem.

larum cum pueris suis, cantando prædictam antiphonam, exurge, præcedente etiam Diacono obseruatore cum lampada accensa, præcedentibus duobus etiã diaconis, cum cantaris, & cereis accensis, qui fuerunt in benedictione cere, datis de camera Archiepiscopi. Sed ab ea cæremonia me continui, incertus, an ad aquæ consecrationem pertineret. Tu vide, quid probes, & si affirmantem sententiam sequi velis, duplici causa latus ero: tùm quòd antiquitas constabit eius supplicationis, quam magno sabbato, & diebus sequèntibus Archiepiscopus Mediolanensis cum sacro Senatu ad fontem baptismi habere solet: tùm quia occasione nactus sum explicandi originem *responsorij in baptisterio, & cum infantibus*: quæ à nemine adhuc scripta est, & digna est tamen, quæ sciat. eam verò ex hymnis, & psalmis, qui in supplicatione ad fontè baptismalè plenissimo sonitu recitabantur, petere oportet: quæ, quòd alternantibus clericis, & baptizatis decantari solebãt, *responsoria* dicta sunt, & quia ab infantibus, hoc est, recens baptizatis (idem enim utrũque significat) potissimùm edebantur, *cum infantibus* nomen habuere. Scio tamen aliter alijs visum iri, & hanc meam opinionem minimè probaturos. quod molestè ferrem, si laudis essem amantior, quàm veritatis. sed nequè ego is sum, qui, vana scribendo, ingenij famã aucupari velim, nec ea scripsi, in quibus, si non fuerint, non vinci me malim, quàm vincere. Verùm, vt ad consecrationis cæremonias, vnde *responsorij in baptisterio, & cum infantibus* mentio nos paulisper deflexit, reuertamur, ex Ordine

Supplicationis ad fontè sabbato sancto, & per octauã Pasche antiquitis Responsorij in baptisterio, & cum infantibus origo.

Recens baptizati olim infantes dicti sunt.

baptismi secundum usum Æthiophum constat, eos religionis causa thus adolere: sacerdos (inquit) dicit orationem gratiarum actionis, & thus dat. sed, cum nullus veterum scriptorum huius cæremoniæ meminerit, facile mihi persuasum est, vel solos Æthiopes illam adhibuisse, quæ gens literis non assuevit, vel in Ecclesia nuper institutam esse. Quod autem iidem Æthiopes in aquæ consecratione varia sanctarum literarum testimonia ad baptissimi usum, & dignitatem pertinentia, recitare solent, sicut in ipsorum Ordine legimus: *Diaconus autem legit ex Epistola Pauli ad Tit. cap. 2. apparuit enim gratia &c. Subdiaconus deinde legit ex Epistola Ioannis prima capite V. quis est, qui vincit mundum &c. sacerdos autem, qui adiuuat sacerdotem baptizantem, legit ex Actis Apostolorum Cap. VIII. Angelus autem Domini &c. deinde legit ex Euangelio Ioannis Cap. III. erat autem homo &c. multum quidem pietatis redolere videtur: verum nec, id valde antiquum esse, reor; nequæ alibi retentum esse, vsquam legisse me, memini, quamuis non negauerim, multa huic consuetudini similia ex veterum moribus colligi posse, inter cætera enim constat, ministrum in aquæ consecratione diuina Davidis carmina, & alias preces (quæ consecrandi forma erat) magna pietatis cõsensione adhibuisse. In quibus tanta varietas est veterum scriptorum, ut eorum molestum sit annumerare testimonia. Nam aliquando preces ad Deum fundebantur, ut aquæ vim expiandi impertiret, sicut facit Author constitut. Apostol. cap. 43. his verbis:*

ipsum

Æthiopes  
in consec-  
ratione  
thus ado-  
lent.

Sacræ scri-  
pturæ le-  
ctiones in  
aquæ con-  
secratione  
Æthiopi-  
bus in usu.

Forma con-  
secrandi a-  
quam bap-  
tismalem

ipsum igitur nunc quoque inuocet sacerdos ad baptis-  
 mum, & dicat; descende de caelo, & sanctifica hanc  
 aquam; da ei gratiam, & virtutem, ut, qui bap-  
 tizatur secundum mandatum Christi tui, cum eo cru-  
 cifigatur, & commoriatur, & conspeliatur, &  
 conresurgat in adoptionem filiorum Dei, quae est in  
 ipso, ut mortuus quidem sit peccato, uiuat autem in-  
 iustitiae. & Sanctus Gregorius lib. Sacram. de sab-  
 bat. Palch. Deus, qui inuisibili potentia sacramen-  
 torum tuorum mirabiliter operaris effectum, respice  
 in faciem Ecclesiae tuae, & multiplica in ea generatio-  
 nes tuas, qui gratia tuae affluentis impetu, letificas  
 ciuitatem tuam, fontemque baptismatis aperis toto  
 orbe terrarum gentibus inuouandis, ut tua maiesta-  
 tis imperio, sumat Vnigeniti tui gratiam de spiritu  
 sancto, qui hanc aquam regenerandis hominibus praeparata,  
 arcana tui luminis admixtione fecundet &c.  
 De more etiã Dominicae precatio, & doctrinae  
 christiane principia illis orationibus addebantur,  
 quod Auctor Ordinis Romani praescribit  
 de die sabb. sanc. ubi ait: benedicturus fontem hora  
 iam nona, ut mos est, dicit Pontifex orationem Domi-  
 nicam: Pater noster &c. Credo in Deum patrem om-  
 nipotentem creatorem caeli, &c. Quae huc afferen-  
 da existimauit, ut cum uetus aquae baptismalis  
 consecrandae forma intelligi possit, tum, in  
 quibus nostra à veteri discrepet, omnes facile  
 dijudicent. Quamquam alia non pauca à ve-  
 teribus scriptoribus prodita sunt, ad formam  
 consecrandi pertinentia; quae, quoniam praedi-  
 ctis ferè similia sunt, afferri à nobis, necesse  
 non est. Quare ordine de consecrationis tem-  
 pore admonuerim, paulò ante baptisma fieri

Orationes  
 in aquae  
 baptismalis  
 consecra-  
 tione.

Oratio do-  
 minica, &  
 Symbolū  
 Apostolo-  
 rum recita-  
 batur in  
 benedictio-  
 ne aquae  
 baptismali-  
 sis.

Aqua bap-  
tismalis  
consecra-  
batur ante  
baptisma.

solitam, vt annales, & vetustatis monumenta  
testantur. Dionysius enim Areopagita lib. de  
Eccles. Hierarch. cap. de bapt. ipsius aquæ con-  
secrationi baptismi administrationem subiun-  
git, inquit: *ad matrem adoptionis venit, eiusque  
sacra inuocatione, appellationeque sanctificatis aquis,  
cum ea trina unguenti perfusione crucis specie perfe-  
cit, virum ad se portari iubet &c.* quod argumē-  
tū est, aqua consecrata, mox baptismum colla-  
tum esse & in vita S. Stephani Papæ, quam Si-  
meon Metaphrastes nobis scriptam reliquit,  
manifestè constat, Nemesium tribunum mili-  
tum, post aquæ consecrationem, statim à san-  
cto Pontifice baptismum ablutum fuisse, de quo  
legitur: *cum autem venisset hora vespertina, bene-  
dixit aquæ in eo loco, quem pastoris titulum vocatum  
fuisse, diximus. Itaque Nemesium in aquam demisit,  
& baptizauit in nomine Patris, & Filij, & spiri-  
tus sancti.* Quod etsi exemplum singulare est,  
ex quo vniuersalis Ecclesiæ consuetudo non  
probat, tamen vera esse, quæ diximus, ma-  
nifestè constabit, si quis alia testimonia, vel  
exempla in mentem reuocarit. Victor enim  
Vicentis lib. 2. de persecut. Vuandal. tradit, Fe-  
licem quendam, oculis captum, à Deo clemē-  
ter admonitum fuisse: vt, qua hora Eugenius  
Episcopus pueros latices in baptismi vsum  
consecraret, ad eum, certus salutis suæ, profi-  
cisceretur, scribit enim: *fuit in eadem (id est Car-  
thagine) quidam cæcus ciuibus, ciuitatiquè notis-  
simus, nomine Felis: hic visitatur à Domino, prædici-  
turque ei per visum, dies enim Epiphaniarum illuce-  
cebat, surge, vade ad Eugenium Episcopum, & dices*

ei, quia ego te ad illum direxi, & illa hora, qua benedixit fontem, ut baptizentur accedentes ad fidem, continget oculos tuos, & aperientur, & videbis lumen. non poterat autem clarius hanc consuetudinem demonstrare, quam benedictionem fontis ad baptismi administrationem referendo, ex quo temporis æqualitas colligi potest. Quibus adde Rabani Mauri auctoritatem lib. 1. institut. cleric. cap. 28. ubi, post longam ceremoniarum seriem, consecratur, inquit, fons, ut ad ipsum baptismum catechumenus accedat, & sic in nomine sanctæ Trinitatis trina submersione baptizatur. idē enim ordo consecrationis, & baptismi idem tempus vtriusque demonstrat. Præterea id etiam nunc à Græcis seruari, Iodocus Coccius author est in Euchologio Græcorū, quod in thesauro ad calcem capitis de aqua baptismali affert. Nec alio ritu Aethiopes utuntur, sicut ex Ordine baptismi secundum usum ipsorum perspicui potest. Quæ si vera sunt, fateamur etiam necesse est, in Paschatis, aut Pentecostes peruigilio consecratam fuisse, cum eo potissimum die baptismi sacramentum ad Christum transeuntibus dari solet. Ut tamen hæc veritas clarius illucescat, veterum Patrum testimonijs confirmanda est, quorum magna pars nostræ sententiæ apertissimè suffragatur. Ex ijs vnus est Albinus Flaccus, qui lib. de Diuin. Offic. cap. 19. de sabb. Pasch. inter eius diei ceremonias etiam baptismi consecrationē recenset his verbis; nequē omitendum est, quod Romani infra. Quadragesimā sex seruuia celebrant, & hodie septimū. His expletis procedit Pontifex ad fontes

Græci, & Aethiopes aquā baptismalem consecrant pauld ante baptismi. Aqua baptismalis consecratur in Pascha, & Pentecostes peruigilio.

benedicendos cum omni decore, &c. Atque huc referendū est, quod Theodoricus Abbas benedictinus lib. 3. de vit. S. Hildegard. Abbat. narrat, mulierem, cacodæmonis vexatione laborantē, ab ea, Paschatis sabbato, dum baptismi fonti preces adhiberentur, pristinae sanitati restituta fuisse, tūm scribit: *deniq; sabbato sancto cum fons baptismatis consecraretur per flatū sacerdotis, quē in fontē mittit, cum verbis, quæ spiritus Sanctus rationalitati hominis, & delectoribus Ecclesiæ infundit: mulier illa presens ibi erat: atque timore magno correpta, ita cōtremuit, quod terrā pedibus perfodit, &c.* Manuale verò Parochorum, & aliorum curam animarum habentium, quod Ioannes Iacobus Ecclesiæ Salisburgensis Archiepiscopus Coepiscoporum suorum suffragijs, consensuque cōficiendum curavit, de bapt. sacram. cap. 4. & Acta Ecclesiæ Mediolanensis non solum his duobus sabbatis, ex veteri instituto, fortis baptismalis benedictionē agi, celebrarique solenne esse, pluribus locis demonstrant, verum etiā in posterum id a nobis obseruari, pœna in pertinaces constituta, præcipiunt. Quod in omnes gentes derivatum, vim communis consuetudinis obtinuit. Excipiendi tamen ab hoc more tam veteres Carthaginis ciues, qui die, Sanctorum Magorum aduentui consecrato, aquæ benedicebāt, teste Victore Vticense lib. 2. de persecut. Vandal. cūm de Eugenio eius urbis Episcopo loquitur: *hic visitatur à Domino, diciturque ei nocte per visum (dies enim Epiphaniarum illucescebat) surge, vade ad Eugenium Episcopū, & dices ei quia ego te ad illum direxi: & illa hora, qua bene-*

Aquæ baptismalis Paschate, vel Pentecoste cōsecratur. Mos duræ Aquæ baptismalis Carthaginensis cōsecratur die Epiphaniarum. Mos cōsecratur aquam bap-

*dicat fontem, ubi baptizentur accedentes ad fidē, con-*  
*tinger oculos tuos &c. quā nostrī tēporis Mos-*  
*couitæ, quos eodē die consecrare solitos esse,*  
*Alexāder Gaguinus in descript. Sarmat. Europ.*  
*docet his verbis Moscouitæ aquam baptismatis pro*  
*singulis infantibus consecrant, eos etiam qui grauius*  
*aliquid deliquerint, aqua sacrata abluunt, aquam in*  
*Epiphania Domini, toto flumine, vel stagno secundum*  
*morem consecrato, hauriunt. Sed huius diuersitatis*  
*causa in baptisimi tēpus referenda est, qui Car-*  
*thagine, & in Moscouia Epiphaniarum die ce-*  
*lebrabatur. Etiam illud, priusquā à consecra-*  
*tionis tempore discedam, admonebo, semper*  
*hora nona benedicendi initium factum fuisse.*  
*Quod et si fufius vigesimo sexto capite patebit,*  
*cū de baptisimi hora tractabitur, tamē placet*  
*duo scriptorum loca breuiter adnotare, qui in-*  
*star omniū erunt. hi sunt Author Ordinis Ro-*  
*mani tit. de die sabb. sanc. ubi hoc argumentū*  
*tractans, benedicturus, inquit, fontē hora iam nona,*  
*ut mos est, dicit Pontifex orationem Dominicam, &*  
*Simeon Metaphrastes, qui de vit. S. Stephani*  
*Papæ, cū Nemēsij baptismū longa oratione*  
*prosequeretur, hora vespertina, quæ à nona*  
*nihil diferre videtur, aquam consecralle, ita*  
*declarat: cum autem venisset hora vespertina, bene-*  
*dixit aque in eo loco, quem Pastoris titulum vocatū*  
*fuisse, diximus. Itaque Nemēsium in aquam dimisit,*  
*& baptizauit in nomine Patris, & Filij, & Spiri-*  
*tus Sancti. Neque prætereundum est, aquā bap-*  
*tismalem, quamuis nunc omniū ceremoniarū*  
*initio consecratur, tamen olim, post plurimas*  
*earum, stas precibus consecratā fuisse, vt Se-*

tismalem  
 consecrant  
 die Epi-  
 phaniorū.

aqua bap-  
 tismales  
 consecra-  
 batur hora  
 nona.

Aqua bap- ueri Alexandrini verba demonstrant de ritib.  
 ti malis cõ bapt. tũ signat oleo oliua sacerdos eũ, qui baptizatur,  
 secrabatur tribus crucibus super fontem eius factis. Hic ter in-  
 post ali. sufflat sacerdos in aquas, in figura crucis. Vbi bap-  
 quot bap- zandorum vnctionem fontis consecrationi  
 tismi cõgre- pramitti, manifestum est, quod etiam in alijs  
 monias. scriptoribus videre possumus, presertim Raba-  
 no Mauro, qui lib. 1. de Institut. Cleric. cap. 27.  
 & 28. ferè omnes baptismi cõemonias ante a-  
 qua consecrationem enumerat, vt legentibus  
 patet.

*Aquam baptismalem consecrans stabat in aqua ;  
 consecrationi presens erat populus, & aqua as-  
 pergebatur, quam etiam domum aspor-  
 rabat ad agros, vel domos aspergendas ;  
 de quẽ veteri aqua conseruanda  
 consuetudine.*

## CAP. XVI.

**I**Am verò que ad ministrũ pertinēt, in aliud  
 caput de ministro baptismi cõmodo trans-  
 ferri possunt. Hoc tamen, quod maximè huius  
 loci est, adijciam, consecrantem in aqua stetit  
 se. Quod si cui incredibile videatur, S. Ambro-  
 sium interroget ; (nam alios authores non ha-  
 beo) quippe is sacerdotem fonti benedicturũ,  
 in aquam ingressum esse, manifestè docuit lib.  
 1. Sacram. cap. 1. dum habet : *cũ forma bap-  
 tismatis, & usus hoc habeat, vt antè fons consecretur,  
 & tunc descendat, qui baptizandus est, nam vbi  
 primum ingreditur sacerdos, exorcismum facit, &c.*

Consecrã  
 aquã bap-  
 tismalem  
 stabat in  
 aqua.

Equidem & ex alijs id genus ritibus, quos multos infra referemus, facile adducor, ut credam, rem ita se habere, & quos in aqua baptismum peregrisse constat, non est, cur in aqua fontem consecrasse, inficiemur, præsertim, quoniam aquæ consecrationem statim baptismi collatio sequebatur, & quia multis in locis vetus consuetudo adhuc retinetur, sicut de Aethiopicis Ordo baptismi secundum usum eorum significat in hunc modum: *descendit postea in fontem, & infundit balsamum in figuram signi crucis.* ibi enim de ministro consecrationis aquæ sermo est, quem propterea in ea stare, ex verbo, *descendit*, clarè colligimus. Fuit item usus Christianis, cum aquam baptismalē consecrabant, ut undique collecta multitudo pietatis ardore ad videndū conflueret. Cuius doctrinæ veritatem non solum probant ea loca, quæ de frequentia copia, baptismi tempore, ad Ecclesiam videndi studio accedentiū, suo loco afferimus, sed etiam Ordinis Romani auctoritas tit. de die sabb. sanc. vbi de hac re scribens, *cum vase, inquit, aureo miscebat ipsum chrisma cum aqua, & spargit cum manu sua per omnem fontem, vel super omnem populum circumstantem.* Atque id etiam Græcorū Euchologion explicauit, ut qui illud legat, alia testimonia vix desideret, nam cum aquæ baptismalis consecrationem explicandam suscepisset, inquit: *capiens preciosam crucem, benedicit aquas, ter demittens, & attollens ipsam rectam, mox post sanctificationem sic aspergit totum populum, & mansionem.* Sed nota verba, *spargit, &, aspergit,* nouus enim hinc ri-

F iij

Baptizans  
stabat in  
aqua.  
Baptizans  
post aquæ  
consecratio-  
nē ac m. ni-  
strabat.  
Morē stan-  
di in aqua  
Aethiopes  
retinent.  
Aqua bap-  
tismalis cō-  
secrationi  
populus in-  
tererat. 4 li.  
4 cap. 16.

Præsentis  
aqua con-  
secrationi  
illa asper-  
gebantur.

tus consurgit, ut nimirum præsentis aquæ con-  
secrationi, eadem aqua aspergerentur. De quo  
præterea Albinus Flaccus lib. de Diuin. Offic.  
cap. 19. ait: fonte benedicto, accipit Pontifex chrisma  
cum oleo mixto in vase ab Archidiacono, & adper-  
git per medium fontis in modum crucis, tunc Pontifex  
adpergit cum manu de ipsa aqua super populum, qui  
facto accipit populus de ipsa aqua in vasculis ad spar-  
gendum in domibus suis, siue agris. & Ioannes Be-  
lethus lib. de Diuin. offic. cap. 100. consideremus,

Aquæ con-  
secratione tria  
genera.

quatuor esse genera aquæ benedictæ, aqua videlicet, in  
qua fit iudicium purgationis, illa, qua in Ecclesia de-  
dicatione sanctificatur, & qua diebus Dominicis as-  
pergimur, atque aqua baptismi, qua aspergi soleba-  
mus; quod in quibusdam Ecclesijs etiam non obser-  
uatur; sed postea interdictum est, ne stultus quispiam,

Mos ad-  
spargendi  
aqua bap-  
tismalicos,  
qui aderat,  
quando de-  
fuerit.

& rerum ignarus, huius aquæ aspersione se iterum a  
peccatis mundari, putet; cum euidenter satis manife-  
stum sit, neminem posse bis baptizari. Ex quibus lo-  
cis rursus apparet, cum huic finem impositum  
esse, propter imperitæ multitudinis sensum,  
ne, duplicem baptismum admitti posse, arbi-  
traretur, tum aliam consuetudinem priori si-  
milem inferri, ut ex eadem aqua vas aliquod

Aqui bap-  
tismalem  
fideles do-  
mum aspor-  
tabant, ut  
agros, vel  
domus as-  
pergerent.

singuli fideles ad domus, vel agros aspergedos,  
domum cum magna religione deferrent. Cuius  
præterea meminit Gregorius Turonensis lib.  
miracul. ad fid. firmit. qui & in gloriam marty-  
rum est inscriptus, cum de fontibus Hispania  
ait: exorcismo sanctificata aqua, conuerso desuper  
chrismate, omnis populus pro deuotione haurit,  
& vas plenum domum pro saluatione reportat,  
agros, vineasque aspersione saluberrima curaturus.

Author etiam Ordinis Romani idem planè confirmat tit. de die sabb. sanc. baptismalis aquæ ceremonias his verbis enumerans : *Hoc factò, omnis populus, qui voluerit, accipiat benedictionem vni, quisque in vase suo de ipsa aqua, antequàm ibi baptizentur paruuli, ad spargendum in domibus, ac vineis, & campis vel fructibus suis.* Fit quoque mentio de eadem re apud Rupertum Abbatem lib. 7. de Deuin. Offic. cap. 20. dum Paschatis prærogatiuas in hunc modum recenseret : *proprium hoc habet hac dies, quam fecit Dominus, idque ab ea omnis prima sabbati, quòd, aqua benedicta populis aspersis, agitur processio solennis; verum tamen hac ipsa prima, ac principali Dominicarum omnium non benedicitur, neque die sancto Pentecostes, quia præteriti sabbati vespere sumpta est de sacro fonte baptismi, antequàm immergatur quis, & antequàm chrisma immissum sit &c.* Atque etiam si considerare volumus, quæ Iodocus Coccius de Armeniorum Pontificali tradidit; intelligemus, domos, & alia aspergendi consuetudinem apud eas gentes receptissimam esse, in canone enim benedictionis aquæ baptismalis scriptum est; *Domine Deus, qui confirmasti vniuersa super aquas, inclina ad preces nostras, & hanc aquam, preparatam multiplici vsui, benedic per infusionem gratia tua, ad effugandos demones, ad pellendos morbos, & ad omnia, quæ resperferit, in domibus, & locis Christianorum, mundanda.* Si quis autem causam huius consuetudinis requirat; hæc fuisse, constabit, vt demones, qui Christianorum domos dirissimis modis diuexabant, & locustæ, quarum morbi vis,

Aspergio  
agrorum,  
& domnū  
adhuc in  
vsu in Ar-  
menia.

Agros, &  
con. us  
aqua bap.  
tismalis.  
pergendi  
ratio.

contagione vulgata, omnes fructus late deprauabat, a domibus, agris, & segetibus, ope diuina pellerentur. Primum S. Gregorij, & Pontificalis Armeniorum testimonio confirmatur. Secundi verò Theodoricus author est in Philoth. cap. 8. de Aphraa. vbi hanc consuetudinem illustri exemplo confirmat: eius verba hic apposui: iam verò dicunt, quòd, cum locustæ aliquando regionem repente inuasissent, & instar ignis omnia consumeret segetes, arbores, & nemora, venit ad eum quidam vir pius, rogans, ut opem ferret uni quidem agrum habenti, ex eo autem & se, & uxore & filios, & familiam alenti, & à quo etià Imperatoria exigeretur collatio, is Dominicam imitans benignitatem, iussit ad se afferri congium aquæ, postquam autem congium aquæ attulit is, qui orabat, ei quidem manum imposuit, Deum autem est precatus, ut fluentum diuina impleret virtute, deinde finita oratione iussit, ut in prædij limitibus aqua aspergeretur, qui eam attulerat, fecit, ut iussus fuerat, idque fuit illis agris pro vallo sacrosancto, & inexpugnabili, nam usque ad illos fontes reptantes, & circumuolantes locustæ instar exercitus rursus retrocesserunt, benedictionem impostam extimescentes, & veluti quoddam freno suffocata, & ultra progredi prohibita. Hactenus ille, cui simile est, quod in vita Theodori Archimandritæ Georgius presbyter narrat, sexto ab vrbe Antyanorum lapide fuisse hortum, quo ingenti locustarum multitudine propè ad euersionem occupato, cum eius dominus B. Theodosij opem implorasset; ita repente ea pestis aquæ baptismalis asperione depulsa est, ut nè vestigiū quidè locustarū in sar-

ro, & incolumi horto reliquū fuerit petrus etiam Damianus, qui vixit anno redēptæ mortalitatis ML. eiusdē moris, & occasionis meminit Epist. 15. de contemp. mund. cap. 18. vt vel hinc intelligi possit, non longè ductis temporibus in desuetudinem abiisse. Quamquam ne seio, desuetudo nē potius, an consuetudo sit, cūm & Ioannes Belerhus paulò supra dixerit, etiam nūc alicubi obseruari, & Pontificale Armeniorum suis gentibus in vsu esse, testetur; & quòd statutis precationibus annuis (Græci *λιτανείας* vocant) quibusdam in locis inter obeundum, campi leui rore asperguntur, antiquæ consuetudinis reliquia sint. Ne quis tamen putet, aquam baptismalem à fidelibus totam hauriri solitam fuisse. Nam satis constat, semper aliquam partem in labro aliquo conseruatam esse, vt, necessitate cogente, baptizari cupientibus sacramentum salutare non deesset. In quam sententiam adduxerunt me primū Origines homil. 12. in Numer. Optatus Mileuitanus lib. 5. cont. Parmen. Cyrillus Hierosolymitanus catech. 5. Mystag. S. Ambrosius lib. 1. & 2. de Sacram. cap. 5. ac Prudentius in hymn. noctur. qui aquæ baptismalis, quasi in baptisterio existentis, mentionem faciunt. Deinde confirmatus sum Cōcilij Mogū-  
tini I. & II. testimonijs, quæ iisdē omnino verbis eandē consuetudinē præcipiunt cap. 4. & 3. cūm habet: *sacramenta itaque baptismatis volumus, vt cōcorditer, atque vniiformiter in singulis parochijs, secūdū Romanū Ordine, inter vos celebrentur iugiter, atque conseruetur, quod conseruādi, Verbū*

Domos, & agros aqua baptismali adsprigendi mos abolitus, sed alicubi retentus. Aqua baptismali agros adsprigendi vestigium. Mos vetus aquæ baptismalis conseruandæ.

Aquã bap- ad aquam referendum esse, perspicuum est. Fateri tamen oportet, in aliquot locis, baptis- mo celebrato, aquã proijciendã morem fuisse introductum; vt ex multis miraculis, quã de missa diuinitus in baptisteriũ aqua, cum bap- tismi tempore deesset, Paschasinus Episcopus Epist. ad Leon. Papam, & Ioannes Moscus prat. spirit. cap. 214. & 215. narrant, intelligere facile est. Præterquam quod & Concilij Mo- guntini verba iam allata, eo primũ tempore apud Germanos conseruandi consuetudinem inceperit, satis indicant; & Acta Ecclesiã Me- diolanensis concil. prouinc. 4. etiam in sua di- tione alicubi baptismalem aquam, dum bap- tismu: administrandus est, consecrari, confe- ctoquẽ baptismo, effundi, clarẽ meminerunt. Quam rem Moscouitã, authoribus Sigismun- do Libero, & Alexandro Gaguino, inuiolatẽ custodiunt.

Aquã bap- tismalem nonnulli, baptismo celebrato, proijcie- bant.

Aquã bap- tismalem nonnulli, baptismo celebrato, proijcie- bant.

*An Gentiles aliquid habuerint aqua baptismali simile.*

C A P. XVII.

Christiani multa à Gentilibus acceperunt

**M**Eum iudicium semper fuit, multa in no- stram religionẽ deriuasse, quã ipsi Ido- lorum cultores antea obseruarent. Cum enim uaserrimus humani generis hostis audisset, Dei immortalis interpretes, atquẽ internun- cios cœlestia nobis arcana aperuisse, atquẽ ad Ecclesiã ritus, & cetermonias salutaribus dif-

ciplinis, & futurorum prædictione informasse, præ insito fallendi studio, suis cultoribus, vt eadem præstarent, facili momento persuasit, quod & à S. Iustino Martyre Apol. 2. ad Anton. Pi. memoriæ proditum est; & multis Ecclesiasticorum rituum exemplis comprobatur, aque baptismalis in primis, cuius vsus quam plurimis Gentiliū obseruationibus affinis est. Nam & qui cædis piaculo obstricti erāt, aqua abluebantur, iuxta illud Virgilij Aeneid. 2.

— Donec me flumine viuo

Abluero;

& Aeneid. 9.

Et latum socijs abluta cade remisit;

& Tertulliani lib. de bapt. 5. penes veteres quisquis se homicidio infecerat, purgatrice aqua se expiabat. & qui ex propinquorum morte labem aliquam contraxerant, aut Deorum spectaculis intererant, eadem aqua lustrabantur: prout idem Virgilius inquit:

\* Lustrauitque viros

& Tertullianus lib. de bapt. cap. 5. centè ludis Apollinaribus, & Pelusijs tinguntur. Idque se in regenerationem, & impunitatem peruriorum suorum agere præsumunt. quæ verba satis indicant, quantam vim ad animos ab omni scelere expiandos in aquis positam esse, Gentiles existimarint. Præterea constat, in Deorum templa ingressuros, & sacris operaturos, vt à peccato liberi viderentur, aqua se expiassè. Nam Columella, qui maiorū est gentium scriptor, lib. 12. cap. 4. cū huius consuetudinis mentio incidisset, ita inquit: quibus si fuerit operatus vel

Aquæ baptismalis simile ali- quid fuit apud Gentiles

Cædis piaculo ob- stricti abluebantur.

Qui ex propin- quorū morte labem contraxe- rant, aut

specaculis intererant, aqua lustrabantur.

a 6 Aeneid. Expiandi vim in aquis positam esse, Gentiles arbitra- ti sunt.

Ingressuri  
templum,  
& sacrificia-  
turi abluen-  
tiantur.

vir, vel femina, debere eos flumine, vel perēni aqua, priusquam penetra contingant, abluī. An locupletiores quæris auctores? legimus omnes S. Iustini Martyris Apologiam secundam ad Anton. Pi. est enim non magnus, verū aureolus, & vt Cicero lib. 4. Academ. quæstion. de Cratore ait, ad verbum ediscendus libellus, atquē ille quidem probans, dæmonem impiæ superstitionis ritus ad nostræ religionis similitudinem effingere, sic habet: porro lauacionem hanc cum audissent dæmones per prophetam promulgatam, vt & ingressuri delubra eorum, & accessuri ad illos, atquē libationibus, & ad ipis nidoribus offerendis operaturi, se ipsos aqua aspergine lustrarent, effecerunt. Quin, vt toto quoque corpore lauentur prodeūtes, priusquam ad reple, ubi illi collocati sunt, veniant, instinctu, atquē opera sua curant. Sed non hisce tantū finibus Gentilium rituum cum aqua baptismali similitudo continetur, ipsam initiandi rationem assecuta est: quoniam, qui Isis deæ sacris, & religioni deuuebantur, patrio more, lauari solebant. Cuius tot veterum scriptorum testimonia existunt, vt si omnia persequi velim, nunquam finem inueniat oratio. Itaque adhibebo mihi modum in probando, & inmensum scribendi campum modicis orationis terminis circumscribam. Primum autem eos missos faciam, qui Gentilium sacris initiati, dubiam facere possunt fidem suam, tum ex Christianis eligam potissimum, qui antiquitate, & fide cæteris antecellant. Ex eorum numero Tertullianus existit, vetustissimus scriptor, & eruditissimus, qui lib. de bapt.

Initiati Isis  
deæ sacris  
abluen-  
tiantur.

cap. 5. vt aquæ baptismalis vim, atquè virtutem fallarum religionum cultoribus persuaderet, ex ipsorum ritibus id efficere conatus est, lauationes, & id genus alia, quibus Isidi initiabantur, enumerans, ex quibus id effici intelligebat, vt aquæ efficientiam, quæ Deum authorè habet, nemo in dubium esset vocaturus, qui solam apud Gentiles in honore habitam esse, intelligeret. Verùm Tertulliani verba subfignemus: *sed enim ( inquit ) nationes extraneæ ab omni intellectu spiritualium potestatum eadem efficacia idolis suis subministrant, sed viduis aquis sibi mentiuntur. Nam & sacris quibusdam per laucrum initiantur, Isidis alicuius, aut Mithræ. Igitur si de sola naturæ aqua, quòd propria materia sit ad legendi auspicij emundationis, blandiuntur, quantò id verius aqua præstabit per Dei auctoritatem, a quo omnis natura earum constituta est? Si religione aquæ medicari putant, quæ potior religio, quàm Dei Vini? quo agnito hic quoquè studium diaboli recognoscimus res Dei amulantis, cum & ipse baptismum in suis exercet? Multa præterea ibidem subdit, quæ hunc morem manifestè declarant. & lib. de præscript. aduers. hæret. cap. 40. salutatis reprehensionis aculeos in eorum animos iniiciens, qui Christiani nominis splendorem deprauatæ religionis fūco obscurant, cùm Gentilium lauacra, quibus se à scelere expiari, arbitrabantur, tùm ea, quæ Mithræ consecrabant, disertis verbis prosequitur, quorum hæc summa est: *inquit & diabolus quosdam ritique credentes, & fideles suos: expiationem delictorum de lauacro reppromittit, & adhuc initiat**

Muhra, deinde omnino comprobatur ex carminibus S. Cypriani, seu potius eiusdem Tertulliani ad Senatorem, ubi postquam dixisset:

*Si quis ab Isiaco consul procedit in urbem,  
Risus oris erit; quis te non videat autem,  
Qui fueris consul, nunc Isis esse ministrum?*

Paulo post subiungit, quasi ad lauacri ceremoniam, que in Isis sacris fiebat, alludens:

*Et pariter ledunt gelidum, feruensque lauacrum.*

Quæ testimonia quamuis satis sint ad fidem faciendam, tamen, ut res elatior efficiatur, Theodoretum testem adijciam in Epitom. diuin. dogmat. cum inanes superstitiones penitus abolere contendens, baptismi dignitatem

commendat his verbis: *pro lustrationibus illis priscis, sufficit credentibus sanctissimi baptismatis donum*, consilium enim Theodoreti fuit, non minus lauaciones, quibus Deæ religioni consecrabantur, quam quibus vitæ sordes se eluere existimabant, ex hominum moribus tollere, ut, salutare baptismum in earum locum diuinitus suffectum esse, demonstraret. Nuper etiam apud elegantem, ac eruditum profanæ antiquitatis scriptorem reperi, Argis *ἄλκυονος ὕδωρ* id est, aquam ingenuam, seu liberalem fuisse, è qua serui, qui libertate donabantur, haurirent. Quod si veritati consentaneum est, ut ad eam quam proximè accedere, non minus ipsius scriptoris fides, & autoritas, quam argumenta, & probabilitates ab eo allatæ persuadent, non immerito quis existimarit, aquam illam baptismalis aquæ similitudinem gessisse, quo-

Baptismus in veterum lustrationum locum substitutus. Argis aquæ fuit, è qua, qui libertate donabantur, hauriebant.

quoniam hac à dæmonis seruitute in Christi libertatem asserimur. Ego tamen Argolicam aquam ad baptismalis imaginem absolute referre, ausus non fuerim; tum quia singularis loci, siuè vrbes consuetudo perhibetur, ex qua vniuersalis Ecclesiæ ritus exprimi non potest, tum quod plures eo nomine vrbes, in Peloponneso, Thessalia, Acaia, Acarnania, Græcia, & Italia fuerunt, vt, de qua scriptor locutus sit, certò affirmare non possim. Quare maneat, aquam baptismalem quam plurimis Gentilium ritibus expressam fuisse, qui ad tres potissimum reducuntur, expiationem à cæde, morte, & spectaculis, lustrationem templi ingressuri, vel facturi, & initiationem. Poterant & plures adduci, sed mihi in infinita rerum similitudine seruare modum quendam, visum præstabilius est. Interim igitur ad alia diuertisse, non erit, opinor, inamcenum, ingratumuè.

Aqua baptismalis  
Gentilium  
ritibus expressa.

*De baptismi tempore; ac primùm, illud Ecclesiæ  
surgentis initio promiscuum fuisse.*

## C A P. XVIII.

**B**aptismi tempus in Ecclesia varium, & multiplex fuit, eius enim quasi nascentis exordio, fidei Christianæ proceres, nulla temporis habita ratione, quoscunque verè salutis avidos nouerant, ereptis opinionum erroribus, solenni ritu piatos, ad Christi fidem adiun-

Baptismus  
in Ecclesiæ  
Christianæ  
primordijs  
quolibet  
die celebra-  
batur.

G

S. Pauli  
baptismus.

gebant. Sic Actor. 8. dum Philippus diuini  
verbi sementem in hominum nouali faceret,  
statim Eunuchus Candacis Aethiopum Regi-  
næ, intereundum, salutari baptismo tingi-  
tur. Actor. 9. Paulus singulari Dei beneficio,  
corporis, animique caligine excussa, mox per  
baptismum hæreditariam Ecclesiæ mercedem  
adipiscitur. Actor. 10. Petrus intimo Sancti  
spiritus hortatu, primo quoque tempore Cor-  
nelium, & reliquam turbam baptisimi chara-  
ctere obfignat. Demum 16. tam Lydia ob  
Euangelij faces à Sila, & Paulo diuinitus illa-  
tas, quam custos carceris, quod aperta nullo  
authore ostia, Pauloque, & Silæ vincula sua  
sponte excussa essent, illico relictis simulacris,  
vni Deo nomina profitentur. Quæ certo, ac  
constituto tempore, cum ex improvise facta  
fuerint, contigisse, vix est, vt credam. Propterea  
S. Ambrosius cap. 4. in Epistol. ad Ephes. quasi  
Actorum loca explicaret, de hac consuetudine  
sic scribit: *postquam omnibus locis Ecclesiæ sunt cõ-  
stituta, & officia ordinata, aliter composita res est,  
quam cœperat; primum enim omnes docebant, &  
omnes baptizabant, quibuscunque diebus, vel tem-  
poribus fuisset occasio: nec enim Philippus tempus  
quæsiuit, aut diem, quo Eunuchum baptizaret, ne-  
que ieiunium interposuit, neque Paulus, & Silæ  
tempus distulerunt, quo Optione carceris baptizarent,  
cum omnibus eius, neque Petrus diaconos habuit, aut  
diem quæsiuit, quando Cornelium cum omni domo  
eius baptizauit.* Quibus verbis satis constat,  
omnium gentium magistros in sacris baptis-  
malibus homini impertiendis nullum tempo-

tis delectum habuisse. Verum id ipsum etiam ratione conuinci potest Nam Apostolici consilij, & prudentiæ non fuit, primis temporibus, quando benè subactus Domini ager vberri- mos fructus pollicebatur, certam, & præsentē messem longius differre; maximè quia metu- endum erat, ne passim à virgultis, & vepribus iactum Christianæ religionis semen elidere- tur. Addo tantam hominum multitudinem ijs temporibus ad baptismum confluxisse, vt duo- bus diebus, sicut postea, omnium vota expleri nullatenus potuerint: præsertim cum tunc Ec- clesia ministrorum inopia laboraret; nec certa cuiquē munera distributa essent. Quam ratio- nem considerasse videtur S. Ambros. cap. 4. in epistol. ad Ephes. loco supra citato, vt indiffe- rens baptismi tēpus olim fuisse, demonstraret, cuius verba hic pro repetitis haberi placet.

Ingens ho- minū mul- titudo sur- gentis Ec- clesie prin- cipio ad baptismū cōflueb. r.

*Solummodo Pascha, vel Pentecosten ministrandis baptismis olim statutam esse.*

C A P. XIX.

**N**ON multo post tamen, cum adhuc Pe- trus, & Apostoli Ecclesiæ clauo affide- rent, nec amplius iam ministri baptizandis, sed baptizandi ministris deessent, communis Ec- clesie mos obtinuit, vt extra Paschatis, & Pen- tecostes tēpus, nemo baptismatis mysteria ce- lebraret, & quamuis, id ab Apostolis factitatū, nusquam eorum Acta cōmemorenti (nā quod

Baptismus in solo Pas- chate, vel Pentecoste cepit Apo- stolorum tempore.

Petrus die Pentecostes multa hominum millia  
 Christianæ militiæ tessera insigniuit, id casu fa-  
 ctum esse, censendum est; quoniã eo die Gen-  
 tilium greges baptismo se primùm obtulerūt,  
 et si Lyranus, & alij dissentiunt, tamen Author  
 Constitut. Apostolic. non obscure testatur lib.  
 5. cap. 20. cui titulus est de pernoctatione mag-  
 ni sabbati, & de die Resurrectionis, vbi ex per-  
 sona S. Thom. Apostoli inquit: à vespera quini-  
 dici vsque ad galli cantum vigilantes: atque in Ec-  
 clesiã conuenientes vigilate orantes, & rogantes Deū,  
 legentes in vestra pernoctatione legem, & psalmi,  
 baptizatisque catechumenis vestris, & lecto Euangeli-  
 o, in timore, & tremore lucē desinite & Leo Pō-  
 tifex Epist. 4. ad vniuers. Siciliae Episcop. cap. 3.  
 dum Paschatis diem ad baptisma peragendum  
 eligi oportere, demonstraret; id ex Apostoli  
 doctrina profectum esse, docet his verbis: quā-  
 uis ergo & illa, quæ ad humilitatem, & illa, quæ ad  
 gloriam pertinent Christi, in vnā concurrant, ean-  
 demque personā, totumque quicquid in illo, & vir-  
 tutis diuina est, & infirmitatis humana, ad nostra  
 reparationis tendat effectum, propriè tamen in morte  
 crucifixi, & in resurrectione ex mortuis, potentia bap-  
 tismatis nouam creaturam condit ex veteri, vt in re-  
 nāscētib; & mors Christi operetur, & vita, dicēte  
 beato Apostolo Paulo: An ignoratis, quia quicumque  
 baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius bap-  
 tizati sumus; consepulti enim sumus cū illo per bap-  
 tismum in mortem, vt, quomodo surrexit Christus à  
 mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vite  
 ambulemus, si enim conplantati sumus similitudini  
 mortis eius, simul & resurrectionis erimus & cetera,

Pernocta-  
 tiones ve-  
 terū Chri-  
 stianorum.

que latius magister gentium, ad comedandum sacra-  
 mentum baptismatis, disputauit, ut appareret, ex  
 huius doctrina spiritu regenerandis filijs hominū, &  
 in Dei filios adoptandis, illum diem esse, & illud tem-  
 pus electum, in quo, per similitudinem, formamque  
 mysterij, ea, quæ geruntur in membris, his, quæ in ipso  
 sunt capite gesta, congruerent, dum in baptismatis re-  
 gula & mos interuenit interfectione peccati, & sepul-  
 turam triduanā imitatur trina demersio, & ab aquis  
 eleuatio, resurgens instar est de sepulchro. nec quis-  
 piam iure dubitabit, quin hæc de Paschatis so-  
 lemnitate dicta sint: quoniam Dominicæ pas-  
 sionis, & Christi reuiuiscens memoria præfe-  
 runt, quæ duo ad Paschalē celebritatē pertine-  
 re, clarissimū est. Propterea ad eum locū Glos-  
 sa in Grat. de consecrat. dist. 4. cap. 13. vocē sa-  
 cramenti pro baptismi die exponit, inquiens: sa-  
 cramentum, id est, diem naturalem, die sabbatū, &  
 sequentem noctē. Ex quo intelligi potest, Pascha-  
 tis sabbatum, ex veteri Ecclesiæ instituto, bap-  
 tismi sacris destinatū fuisse. Congruenter verò  
 Apostolorū cōstitutionibus, & placitis Victor  
 legitimus eorum successor Epist. 2. ad Theoph.  
 Alexand. Episcop. idem tēpus ad baptizandos  
 catechumenos eligendum esse, decreuit, cūm,  
 sacrum anni festum, quò Christi ab inferis exi-  
 tatis publicè memoria colitur, die Domini-  
 co celebrari oportere, demonstraret; celebritatē  
 Christi re-  
 surrectio-  
 nis die Do-  
 minico ce-  
 lebrandā,  
 Victor ita-  
 tuit.

Pascatis  
dies quādo  
celebran-  
dus.

uitas. Eodem verò baptisimus celebrandus est catholici-  
cus. Vbi animaduertere licet, baptisimi diem ad  
Paschatis celebrandi tempus referri, vt eadem  
vtriusque solennitas fuisse videatur. Quæ sanè  
Tertullianus cum optimè intelligeret, eiusdem  
consuetudinis præclarum testimoniū reliquit  
lib. de bapt. cap. 19. nam, posteaquam veteres  
cæremonias, & ritus accuratè recensuit, de tẽ-  
pore sic scribit: diem baptisimo solenniorem Pascha  
præstat, cum & passio Domini, in qua tingimur, ad-  
impleta est, nec incongruenter ad figuram interpreta-  
bitur, quod, cum vltimum Pascha Dominus esset a-  
Elurus, missis discipulis ad præparandum, inuenietis,  
inquit, hominem aquam baiulantem, Pascha cele-  
branda locum de signo aquæ ostendit; exinde Pente-  
coste ordinandis lauacris latissimū spatium est. Gre-  
gorius autem Nyssenus Epist. canon. ad S. La-  
toium Mytilen. Episcop. de sancti Paschatis  
prærogatiuis verba faciens, non modò sacer-  
doti occultos animi morbos, & vulnera ape-  
riendi, sed etiam sacrae ablutionis cõsequendæ  
consuetudinem longa oratione profequitur,  
scribit enim: quoniam hoc est vniuersale festum  
creationis, quod in præstituto annui circuli ambitu,  
singulis annis in vniuerso mundo, propter eius, qui ce-  
ciderat, resurrectionem, peragitur, rectè habuerit, si  
hodierno die non solum eos, qui ex regeneratione per  
lauacri gratiam transmutati sunt, adducamus, sed  
etiam eos, qui per pœnitentiam, & confessionem, à  
mortuis operibus ad viuentem spem tanquam manu  
deducamus, à qua per peccatū alienati sunt, &c. Quæ  
diligenter considerantẽ vetus in Paschate bap-  
tizandi consuetudo latere non potest; cum &

ipsa Paschatis dies Christi reuiuiscētis memoria expressa sit, & regeneratio per lauacri gratiam baptismi periphraſis habeatur. Et Siricius Papa huius consuetudinis ad posteros transmittēda cupidus, uehemēter eos arguit, qui festis, ac solēnibus diebus immortalis Dei inter homines nascentis, & à tribus Magis cum munere adorati, vel Apostolorū, & martyru ad beatā uitā tranquillitatem ex hac colluione, & ærumnis euocatorū, indiscreta cuiusque diei religione, baptizabant, sicut ex Epist. 1. ad Himmer. Taracon. cap. 2. colligitur in hunc modum: *sequitur de diuersis baptizandorū temporibus, prout unicuique libitum fuerit, improbabilis, & emendanda confusio, qua à nostris consecratoribus non ratione auctoritatis alicuius, sed sola temeritate præsumitur, ut passim, ac liberè Natalitjs Christi, seu Apparitionis, necnon & Apostolorū, seu martyrum festiuitatibus innumera plebes baptismi sacramentū consequantur, cum hoc sibi priuilegiū & apud nos, & apud omnes Ecclesias Dominicum specialiter cum Pentecoste sua Pascha defendat, quibus solis per annum diebus ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi conuenit sacramenta, his dumtaxat electis, qui ante 40. uel eo amplius dies nomen dederint. Idem tradidit S. Basilius lib. exhortat. ad bapt. ubi cum eis, qui longioris uitæ spe ducti, baptismum in alia tempora uelano consilio differebant, ita loquitur: quod tempus baptismi magis cognatum est, quam Paschalis dies? quod ea lux Resurrectionis monamentum quoddam existat, baptismi manque ad resurrectionem facultas, arrabone est, resurrectionis ergo gratiam in die resurrectionis excipiamus. &*

paulo inferius, eisdem baptismi dilatores gra-  
uioribus verbis increpans: *quando Christianus  
eris? quando te nostrum esse cognoscemus? anno supe-  
riore hunc diem praestolabare, nunc iterum futurum  
expectas? Vide, ne longiorem tibi vitam pollicendo,  
spe decidas, nescis, quid crastina sit aduentura. Me-  
minit & S. Ambrosius lib. de Hel. & ieiun. cap.  
10. vbi quadraginta dierum solenne ieiunium,  
Paschaliaque mysteria referrēs, quadraginta, in-  
quit, totis, praeter sabbatum, ieiunatur diebus. Hoc*

*ieiunium Domini Pascha concludit. venit iam dies  
resurrectionis, baptizantur electi, &c. & lib. de  
Pasch. cap. 5. ferē in eodē argumento persistēs,  
Paschatis praerogatiuas ita prosequitur, vt etiā  
baptismi, eo tempore celebrari soliti, mētionē  
faciat: hac est illa caelestium mysteriorum gratia, hoc  
Pascha donum, hac optabilis anni festiuitas, hac ex-  
ordia gignentium rerū. Hinc vitalis lauacri sacra Ec-  
clesia editi puerperio infantes, paruulorū simplicitate  
renati barbyto innocentis perstrepūt conscientiae. Item  
ferm. 61. quem die Pentecostes habuit, dum ad  
spirituale gaudium, religiosamque animi hila-  
ritatem populum hortatur: *laetemur in hac sancta  
die, sicut in Pascha laetati sumus, est enim in vtraque  
similis, eademque solennitas, in Pascha enim omnes  
gentes baptizari solent, in Pentecoste Apostoli bap-  
tizari sunt, &c. & apud Gratian. de consecrat.  
distinc. 4. cap. 90. eiusdem verba referuntur,  
quae hunc morem significant: sequitur spiritale  
signaculum, quod audistis hodie legi: quia post fontem  
superest, vt perfectio fiat, quando ad inuocationem  
sacerdotis spiritus sanctus infunditur. Ad quem  
locum Glossa: hodie, scilicet in die Pentecostes,**

Mediola-  
nēses olim  
in Quadra-  
gesimae sab-  
batis non  
ieiunabant.

quia lecta fuerat epistola de aduentu spiritus sancti in Apostolos. Quæ verba necessario afferenda esse duxi, vt S. Ambrosio lux afferatur, & vis argumenti appareat. rursus tractat. de hortat. ad virgin. eiusdem consuetudinis ita clarè meminit, vt nihil aptius afferri posse videatur: Venit inquit, Pascha dies, in toto orbe baptismi sacramenta celebrantur. Viderur etiam S. Hieronymus ad hanc consuetudinem respexisse, cum Epist. 61. ad Pammach. eius calumnijs occurrens, cæsas & disiectas ab eo mystici corporis reliquias esse quod in Paschate baptismum competentibus ministrati vetuerit, sequè ornandæ, atquè augendæ Ecclesiæ studio baptizandos alio transmisse, tradit hoc pacto: *an non tu potius scindis Ecclesiam, qui præcepisti Bethleem presbyteris tuis ne competentibus nostris in Pascha baptismum traderent quos nos Diopolim ad confessorem, & Episcopum misimus Dionysum baptizandos.* Verisimile est enim quorum hic S. Hieronymus meminit, eos cælestis baptismi consortes eo tempore effectos fuisse, quo baptismum administrari, Pammachius vetuerat. Praterè S. Augustinus lib. 22. de ciuit. Dei cap. 8. cum de multis rebus, quæ fidei Christianæ amplificandæ causa, supra hominum facultatem, diuina vi fiebant, sermonem institueret, narrat. mulierem magna integritatis, & nobilitatis laude præcellentem, quæ graui, & periculoso cancri morbo laborabat, ipso tempore, quo Christus in vitam effractis mortis repagulis redijt, inter sacris baptismatis mysteria, diu optatam valetudinem recuperasse. Eius enim verba hæc

sunt: in eadem Carthagine Innocentia religiosissima  
fœmina de primarijs ipsius ciuitatis in mamilla can-  
crum habebat. admonetur in somnis appropinquante  
Pascha, vt in parte fœminarum obseruandi ad bap-  
tisterium, quacumque illi baptizata primitus occur-  
risset, eundem locum signo Christi signaret; fecit, &  
confestim sanitas secuta est. Et serm. 163. de temp.  
qui habitus est Dominica Paschæ, populum  
ad eius diei lætitiã adhortans, non modo il-  
lustria Paschatis elogia eleganti oratione  
commemorat, sed etiam baptismum ipso Pas-  
chate celebrari solitum, clarè demonstrat: vt  
meritò dubitare possimus, de Paschatisnè po-  
tius prerogatiuis, an de baptismi die sibi tra-  
ctandum proposuerit, quare eius verba huc ad-  
duxi: hic igitur est dies dilectissimi, quem fecit Do-  
minus, vt audistis, celsior cunctis, lucidior vniuersis  
in quo dominus resurrexit, in quo sibi nouam prolem  
vt ipsi videtis, regenerationis spiritu conquisiuit: in  
quo singulorum mentes gaudio, & exultatione per-  
fudit. Ad hoc enim Dominus hodie resurrexit, vt  
imaginem nobis futura resurrectionis ostenderet. Et  
ideo hodie vitali lauacro resurgens dei populus ad in-  
star resurrectionis Ecclesiam nostram splendore niuis  
candoris illuminat. Nec mirum est, S. Augusti-  
num verbis, ac sententijs in Paschate bap-  
tizandi consuetudinem tam apertè declarasse,  
cum suo etiam exemplo id nobis testatum esse  
voluerit quemadmodum ex Possidonio eius  
discipulo colligimus de vita ipsius scribente:  
proficiendi in religione eidem amoris ardor tantus in-  
natus est, vt propinquantibus diebus sanctis Pascha  
salutis aquam perciperet. Conferunt item ad hoc

quæ Leo Pontifex I. scribit. Epist. 4. ad Scilicet  
Episcopos, de violata Apostolorum sanctione  
& usu grauius abiurgans, nam & die, trium  
Regum solis orientis aduentu consecrato, ba-  
ptismi sacramentum administrari, diti ana-  
thematis denuntiatione prohibet: & veterem  
in Paschate baptizandi consuetudinem ad v-  
sum reuocari, eadem pœna proposita, præce-  
pit his verbis: *cum mihi, de charitatis vestre atti-  
bus fraternæ affectione sollicito, certis indicijs innoue-  
rit, vos in eo, quod inter sacramenta Ecclesie princi-  
pale est, ab Apostolica institutionis consuetudine dis-  
crepare, ita ut baptismi sacramentum numerosius in  
die Epiphaniæ, quam Paschali tempore celebretis,  
miror, vos vel prædecessores vestros tam irrationabilem  
nouitatem usurpare voluisse, ut, confuso temporis  
vtriusque mysterio, nullam esse differentiam crede-  
retis inter diem, quo adoratus est Christus à Magis  
& diem, quo resurrexit à mortuis, &c. & Epist.  
78. indignanter, & ob id dolens acrius, in vni-  
uersos Campaniæ, Samnij, & Piceni Episco-  
pos, indicta depositionis pœna erumpit: quod  
Ecclesiasticis sanctionibus contemptis festis,  
ac solennibus Apostolorum, ac martyrum die-  
bus, barbaras nationes à misera dæmonum  
seruitute ad vnius veri Dei notitiam, cultum-  
que traductas, baptismatis aquis diluerent,  
cum nouæ generationis lauacro expiandi præ-  
rogatiuam Paschatis, & Pentecostes dies sibi  
præripuerint: magna indignatione commouor, &  
multo dolore contristor, quod quosdam è vobis ita com-  
perisse Apostolica traditionis oblitos, & studio sui  
erroris intentos, ut præter Pascha factum, cui sola*

Mos in mar-  
tyrum festis  
baptizandi  
reprehensus

Baptismus  
i natalitate  
miraculo  
comproba-  
tus.

Pernocta-  
bant Chri-  
stiani in Pa-  
schatis per-  
uigilio.

Pentecostes solemnitas comparatur, audeant sibi met non aliqua humana infirmitatis necessitate cogente sed sola indisciplinati arbitrij libertate ius baptis-  
matis vindicare, & in Natalibus martyrum, quo-  
rum finis aliter honoratus est, quam dies Domini-  
ca resurrectionis, regenerationis celebrare mysteria. Ad-  
monemus igitur, & non sine periculo status eorum  
qui hac faciunt, protestamur, ut ab hac presumptione  
cessetur: & summam hanc, potissimamque Dei  
gratiam non nisi in Paschali festiuitate, & Pente-  
costes die desiderantibus, & credentibus conferatis.  
Hactenus ille, cuius vestigiis Paschasius Episcopus  
insistens Epist. ad eundem Leonem quæ habetur tom. I. Concil. general. ante 62. ipsius  
eandem consuetudinem insigni miraculo sic  
declarat. quedam vilissima possessio Melinas ap-  
pellatur, in montibus arduis, ac syluis densissimis  
constituta, illicque perparua, atque vili opere  
cõstructa est Ecclesia, in cuius baptisterio nocte sacrosan-  
cta Paschali baptizandi hora, cum nullus canalis  
nulla sit, fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se  
repletur, paucique, qui fuerint, consecratis, cum  
deductorium nullum habeat, ut aqua venerat, ex  
se se descendit. Tunc ergo, sicut supra diximus, cum  
sancta memoria domino quondam meo, ac beatissimo  
Papa Zosimo, cum apud occidentales error ortus fuisset,  
consuetis lectionibus nocte sacra discussis, cum  
presbyter, secundum morem baptizandi horam re-  
quireret, usque ad lucem aqua non veniente, non  
consecrati, qui baptizandi venerant, recesserunt. Ut  
ergo breuiter narrem, illa nocte, qua lucebat in die  
Dominicam, 10. die Kalendas May, fons sacer hora  
competenti repletus est. Euidenti ergo miraculo patuit

*occidentalium partium fuisse errorem. quæ verba licet ab eo constet allata fuisse, vt SS. Patrum qui solis occidentis regiones incolebant, in vero Paschatis die inuestigando errorem detegeret: tamen ex ijs veterem in Paschate baptizandi consuetudinem colligi, qui ea animaduertent, facillè intelligerent. Accedit Gerundensis Concilij authoritas, quod cap. 4. super hac re clarè admodum statuit, vt, præter Paschatis, & Pentecostes tempus, nemini ad baptismum accedere liceat ijs exceptis, quibus, desperata à medicis salute, haud dubium exitium imminet, quos lustralibus aquis tingi, fas erat ne baptismatis sacramento periclitarentur. Concilij autem verba hæc sunt: *de catechumenis baptizandis id statutum est. Vt in Pasche solemnitate vel Pentecostes, quanto maioris celebratis celebritas maior est, tanto magis ad baptizandum veniant: cæteris solemnitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari quibus quocumque tempore baptismum cõuenit non negari.* Atque huc referendum est, quod Gregorius Turonensis scribit lib. 6. histor. Fræc. cap. 11. cum de Iudæis ab Auito Episcopo baptizatis verba faciens, ipforum fidei Christianæ amplectendæ studium, & Beati Pontificis animum, diuina suauitate liquecentem, grauissimis laudibus ornat: *illi autem diu astuantes, atque dubitantes, tertia die, vt credo, obrentu Pontificis coniuncti in vnum, ad eum mandata remittunt dicentes, credimus Iesum filium Dei viui nobis prophetarum vocibus repromissum, & ideo petimus vt abluamur baptismo, ne in hoc delicto permaneamus, gausus autem nuncio Pontifex nocte sacra Pen-**

peruectio-  
nes Chri-  
stianorum  
in Penteco-  
stes perui-  
galio.

Reliquiae  
sanctorum  
in honore  
habita.

tecostes vigilijs celebratis, ad baptisterium foras mu-  
rancum egressus est: ibique omnis multitudo coram eo  
prostrata, baptismum flagitavit, &c. & lib. 6. cap.  
27. refert, Chilpericum Gallorum Regem, ip-  
sis Paschatis sollemnibus Parisios ingressum, fi-  
lio suo eodem tempore sacri baptismatis my-  
steria impertienda curauisse. scriptum est enim  
Chilpericus rex pridie, quam Pascha celebraretur,  
Parisios adiit, & ut maledicto, quod in pactione sua  
& fratrum suorum conscriptum erat, ut nullus eorū  
Parisios sine alterius voluntate ingrederetur carere  
posset reliquis sanctorū multorum precedentibus, urbē  
ingressus est: diesque Pascha cum multa incunditate  
tenuit, filiumque suū baptismo tradidit, quem Ragne-  
modus ipsius urbis sacerdos de lauacro sacro suscepit, ip-  
sūque Theodoricū vocitari, praecepit. Rursus lib. 10.  
cap. vltimo Chrodielidis immane facinus ex-  
plicat, quae truciore minaces spiritus gerens,  
ac sacrarum Virginum praefectae hostiliter in-  
fensa, eam grauissimo carcere incluserat. Cu-  
ius ferocissimae mulieris animum ut in rei Chri-  
stianae studium pertraheret, sanctaque Dei  
virgo è custodia emitteretur, Episcopus aper-  
ta denunciatione profiteretur, se, nisi voti com-  
posit, neque Paschalia festa, neque baptismi  
sacramenta celebraturū quē loquendi formula  
manifestè demonstrat, sacram ablutionem  
anniuersaria Paschatis celebritate peragi soli-  
tam esse. Verum iam Gregorium audiamus:  
cumque, ait, Episcopus hac omnia grauer ferret  
nec valeret seditionem Diabolicam mitigare. misit  
ad Chrodielidem, dicens, relinque abbatiam, ut  
in his diebus in hoc carcere non retineatur: alioquis

non celebrabo Pascha Domini, neque baptismum in hac urbe ullus catechumenus obtinebit, nisi abbas a vinculo, quo tenetur, iubeatur absolui. Simile est illud Gregorij Magni lib. 7. Epist. 24. ad Faustini. Defensor. cui, de Iudæorum salute valde sollicitus, præcepit, ut ad eos celerrimè proficisceretur, atque ipsos, quibus vellent diebus, cœlesti vnda perfunderet, ne, dum Paschalis celebritas impensius expectatur, à suscepto consilio reuocari possent: huius auctoritatis tenore præcipimus, ut, omni excusatione summotà, ad prædictum locum pergere, & desiderium eorum tuus, Deo propitio, adhortationibus adiuuare festines, quibus tamen si longum vel triste videtur, solennitatem sustinere Paschalem, & eos nunc ad baptismum festinare, cognoscis, ne (quod absit) longa dilatio eorum possit retrò animos reuocare, cum fratre nostro, & coepiscopo loci loquere, ut, pœnitentia, & abstinentia quadraginta dierum indicta, aut die Dominico, aut, si celeberrima festiuitas fortassis incurrerit, eos omnipotentis Dei misericordia prosequente baptizet. Si enim his, propter humani ingenij imbecillitatem, & grauioris incommodi periculum, extra Pascha baptizari permiserit, quis consequentium hand ignarus, iustificetur, cœteros Christi reuiuiscens ferijs, salutaribus aquis tingi consuenisse? Idem etiam lib. Sacrament. baptismi in Paschate, vel Pentecostes ministrati sæpius meminit: ut in præfat. Miss. fer. 2. in Alb. dum ijs, qui Christianam disciplinam, & fidem amplexi sunt, ad beatam cœlestium vitam, rerum omnium copijs circumfluentem perueniendi facultatem, ac vires à

Deo enixè precatur : *te suppliciter exorare, ut fidelibus tuis dignanter impendas, quò & Paschalia capiant sacramenta, & desideranter expectent ventura, ut in mysterijs, quibus renati sunt, permanentes, ad nouam vitam his operantibus perducantur.* & orat. super. oblat. fer. 4. in Alb. vbi Agnum caelestem in Paschatis celebritate, qua fideles vitam, & cibum spiritualem capiunt ritè litari, traditū est : *sacrificia Domine Paschalibus gaudijs immolamus, quibus Ecclesia mirabiliter & nascitur, & nutritur, neminem verò latere potest, nos ex baptismi fonte vitam spiritualem viuere, & cælestes animi dapes in Eucharistiæ sacramento percipere, & orat. ad miss. fer. 5. in Alb. à Deo precibus contendit, ut, qui sacro latice illustrati sunt, mutua voluntatum conspiratione, piequè, ac sanctè viuendi studio cæteris præluere possint: Deus, qui diuersitatem gentium in confessione tui nominis adunasti, da, ut renatis fonte baptismatis, una sit fides mentium, & pietas actionum, & in secret. vitam æternam, cælestemquè beatitudinem baptizatis, à Christo Domino accuratis precibus implorat : suscipe quasumus Domine munera populorum tuorum propitius, ut confessione tui nominis, & baptismate renouati, sempiternam beatitudinem consequantur.* Quid pluribus moror? ferè omnes sequentes paginae huius consuetudinis plenæ sunt, nam & in secret. fer. 6. in Alb. ait, *hostias quasumus Domine placatus assume, quas & pro renatorum expiatione peccati deferimus, & pro celebratione cælestis auxiliij, & in orat. ad Vesper. eiusdem fer. Deus, per quem nobis & redemptio venit, & præstat*

statu adoptionis, respice in opera misericordiae tuae, ut in Christo renatis & aeterna tribuatur hereditas, & vera libertas. & orat. ad Vesp. Sabb. in Alb. Deus totius conditor creatura, famulos tuos, quos fonte renouasti baptismatis, quosque gratia tua plenitudine sociasti, in adoptionis sorte facias dignanter adscribi. Rursus in alia orat. ad vesp. Deus, qui multiplicas Ecclesiam tuam in sobole renascentium, fac eam gaudere propitius de tuorum profectibus filiarum. & in Sabb. Pentecost. incipiunt orationes de pentecoste die sabbato ante descensum fontis. lectio libri Genesis. Noe cum quinquaginta esset annorum. Deus, qui Ecclesiam tuam semper gentium uocatione multiplicas, concede propitius, ut, quos aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis. Denuo ibidem: oratio ad Missam post descensum fontis. presta, quaesumus, omnipotens Deus, ut claritatis super nos splendor effulgeat, & lux tua lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati sunt, sancti spiritus illustratione confirmet. Iterum in Miss. vigil. Pentecost. hanc igitur oblationem seruimus tuis nostris, sed & cuncta familia tua, quam tibi offerimus, pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua, & spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum. Et demum in Missa diei pentecostes, ubi eadem reperit: hanc igitur oblationem seruimus tuae nostrae &c. Quibus consentanea sunt, quae Fortunatus poeta multo ante cecinerat lib. 1. carmin. de Iudaeis ad Christi Ecclesiam adiunctis:

Ecce dies aderat, qua Spiritus almus ab alto  
 Missas Apostolicis fluxit in ora uiris.  
 Res sacra riuicolas, urbanos excitat omnes,

H

Lectione  
 in baptif-  
 mo recita-  
 ti solita.

Orationes  
 pro bapti-  
 zatis in  
 missa pen-  
 tucostes.

*Certatim quæ aditus ad pia festa terunt,  
Abluitur Iudæus odor baptisate diuo;  
Et noua progenies reddita surgit aquis.*

Certum enim est, ibi Iudæos in quinquagesimi diei celebritate, quam Spiritus Sancti aduentus consecrauit, baptismi sacramento initiatos fuisse; cum tamen illorum baptismus ex canonum præscripto celebratus fuerit. quemadmodum Fortunati verba declarant. & lib. 4. cum eiusdè baptismi cæremonias describeret:

*Vndique rapt a manu lux cerea prouocat astra,  
Credas ut stellas ire trahendo comas.  
Lacteus hinc vestis color est, hinc lampade fulgor  
Ducitur, & vario lumine picta dies.  
Nec festiua minus, quam tunc fuit illa coruscans,  
Diuersis linguis quæ dedit vna loqui.*

Quid enim aliud cereus, aut vestis alba significant, quam baptismum, cuius illæ cæremoniæ erant? aut quæ alia festiuitas est, quæ varia linguarum genera Apostolis diuinitus imperitiuit, nisi Pentecostes? Igitur hoc Iudeorū baptismi in Pentecoste celebratū esse, Fortunatus indicauit. Nec præterijt Palladius in vit. S. Io: Chryf. vbi diras hæreticorum afflictiones recensens, inquit. *Ioannis nempe presbyteri, quibus Dei aderat timor, in publico lauacro, quod Constantinianum appellatur, coactis populis, vigilias incoarunt, partim diuina eloquia legentes, partim eos, qui instructi erant in fide, baptizantes, ut est moris in Pascha. sed altior, atque certior eius rei fides habetur ex Concilio Antisiodorensi; quod extra Paschatis tempus baptizantes, tribus mensibus à sacris eliminari, mandat; vt cap. 18. cau-*

tum est: non licet, absque pasche solennitate, villo tempore baptizare, nisi illos, quibus mors vicina est, quos grabatorios vocant. Quod si quis in alio pago, contumacia faciente, post interdictam hoc infantes suos ad baptismum detulerit in Ecclesias nostras, non recipiantur. Et quicumque presbyter ipso extra nostrum permillum recipere presumpserit, tribus mensibus a communione Ecclesie sequestratus sit. Hanc vero sanctionem cum a nonnullis violari, Concilij Toletani xvi. Patres animaduertent, nouo eam decreto confirmandam, & stabilendam iudicarunt. quod factum est de regula fidei cap. 2. his verbis: licet in initio Quadrage, baptiz. generaliter claudatur mysterium, tamen, sicut Ecclesiastica consuetudinis ordo deposcit, necesse est, ut ostia baptizarij in eodem die Pontificali manu anulo assignata claudantur, & usque in Cæna Domini solennitate nullatenus referentur, ob id videlicet, ut & per signaculam Pontificum (excepto grauissima necessitatis obuentu) in his diebus monstreretur, per totum orbem non licere fieri baptismum, & sanctificationem, iterum Episcopali ad eum obseruatione reserata signetur, Dominica patere mysterium resurrectionis, in quo ad vitam factus est aditus homini, ut, quia per baptismum consepultus est in morte Christi, resurgat in eo in gloria Dei. Et Gregorius II. epist. 3. ad vniuersum Clerum, & plebem Thuringie manifesto tradit, se Bonifacio episcopo precepisse, ne quemquam profligata vita, vel alio nomine indignum, sacris ordinibus initiandi, aut alio, quam Paschatis, aut Pentecostes tempore baptismum ministrandi facultatem sibi vindicet. Eius enim verba hæc sunt: fratrem

Episcopi fratrum nomine à Pontifice appellati.

iam, & coepiscopum nostrum Bonifacium vobis ordinamus sacerdotem; cui dedimus in mandatis, ne unquam ordinationes presumat illicitas; sacrosancti autem baptismi sacramentum non nisi in Paschali festiuitate, & Pentecostes mouerit esse præbendum. Atque idem nihilo obscurius à Regione Pruniensi traditum est in chronicis de anno DCCLXXXI. qui, ripinum Caroli Magni filium Paschatis tempore lustralibus aquis ab Adriano Papa admotum fuisse, tradit: *Carolus* (inquit) iter pergens, celebrauit Pascha Roma; & ibi baptizatus est filius eius Pipinus ab Adriano Papa, qui & ipse eum de sacro fonte suscepit. Iam quid ego testem locupletissimum, atque veterem scriptorem Amalarium Fortunatum comemorem? qui lib. 1. de Eccles. Offic. cap. 38. Paschatis, & Pentecostes baptismum ita ferè prosequitur: quod distat inter Adam, & Abraham, hoc oportet differre inter doctrinam magistrorum ad catechumenos, qui baptizantur in Pascha Domini, & in Pentecoste. & lib. 4. cap. 27. de complet. dierum Pentecost. cum statas eius celebritatis ceremonias describeret, de baptismi tempore ita inquit: *in decima die post Ascensionem Domini, hoc est, in vigilijs Pentecostes celebrauit sancta Ecclesia baptisterium, est autem ibi baptisterij nomen pro baptismo positum: vt colligitur ex ijs, quæ subdit: duo baptisteria leguntur in Apostolis, vnum per aquam, & alterum per baptismum spiritus sancti.* Rursus, cum sacras veteris legis cantiones, certioribus ad modulandum numeris adstrictas, quæ in solennibus Pentecostes pervigilijs de more adhibebantur, sibi explican-

das proposuisset: ad hanc consuetudinem non oblcure alludit; dum ait: quod in Pascha diximus de sequentibus baptismalibus noctibus, hoc & hic dicimus, ut tres psalmi recolant sepulturam Domini triduanam in his precipue, qui nuper consepulti sunt Domino, nam & consepultum esse Domino, cœlesti baptismo, per quod immensæ illæ Dominicæ passionis, & sepulturæ diuitiæ in nos deriuantur, ablutum esse, significat, & vox, nuper, ad sanctæ Pentecostes solennitatem, de qua eo capite meminit, referenda est. Reperio insuper in Concilio Parisiensi secundo lib. 1. cap. 33. sapienter cautum esse, ne quis baptismi, vel confirmationis sacramentum alio, quam Paschatis, aut Pentecostes tempore celebrare auderet, quod his verbis expressum est: sicut autem duobus temporibus, Pascha videlicet, & Pentecoste baptismus, sic etiam traditio sancti spiritus per impositionem manuum fidelibus tradatur, exceptis videlicet, ut dictum est infirmis, & morte periclitantibus, quibus, sicut baptismi gratia succurrendum, ita incunctanter donum sancti spiritus est tradendum. Concilium etiam Meldense non nisi ijs, qui necessitate adstricti sunt, aut non procul absunt ab interitu, extra statuta tempora, baptismum dari permittit: quemadmodum cap. 48. legimus: nemo presbyterorum baptizare presumat nisi in vicis, atque Ecclesijs baptismalibus, atque temporibus constitutis: nisi causa agritudinis, aut certè necessitatis: sicut sacra canonum docet auctoritas. Deinde Rabanus Maurus lib. 2. de Institut. cleric. cap. 32. late demonstrat, quamuis Christus, salutis nostræ author,

Confirmatio solum paschate, vel pentecoste conferebatur.

Apparitionis die baptizatus fuerit, tamen in  
 Palchate, vel Pentecoste baptisma ritè mi-  
 nistrari: multasquè eius rei rationes adiungit,  
 quas in præsentia prætereo, verba, ex quibus  
 consuetudo colligitur, attulisse cõtentus: illud  
 tamen (inquit) sciendum, quod, licet ea die baptis-  
 mus Christi a Ioanne fieri credatur, vniuersale tamè  
 baptisma celebrari in ea, canonica contradicit aucto-  
 ritas. Pascha ergo tempus tantummodo, & Pentecoste,  
 ad hoc ab Apostolis, & Apostolicis viris de-  
 cretum, Romana custodit Ecclesia: que videlicet duo  
 tempora ad hoc opportuna esse, Christi Domini nostri  
 à mortuis resurrectio, & Spiritus sancti super primi-  
 tiuam Ecclesiam àclarat aduentus, & cap. 38. de  
 Sabb. sanc. Pasch. ad eandem consuetudinem  
 confirmandam, Leonis Papæ autoritatè ad-  
 ducit in hunc modum: quicumque autem scire  
 desiderat, quanta auctoritate, & ratione baptis-  
 mus illius temporis nobis comendatur, legat decreta Leonis  
 Papæ, & inueniet. Item cap. 41. de Pentecoste  
 quibus diebus baptismi sacra impertiri sole-  
 rent, apertè significat: cum inquit: in sabbato  
 autem sancto Pentecoste, sicut in sabbato sancto Pas-  
 cha, baptismus celebratur. Et Concilium Mo-  
 guntinum, eodem Rabano Præfide celebra-  
 tum, cap. 3. cum baptismi tempus ostenderet,  
 solius Paschatis & Pentecoste meminit his  
 verbis: sacramenta itaque baptismatis volumus, ut  
 concorditer, atque vniiformiter in singulis Parochijs,  
 secundum Romanum ordinem inter nos celebrentur  
 iugiter, atque conseruentur: id est scrutinium ad or-  
 dinem baptismatis: sicut in decretis Leonis Papæ sub  
 duobus continetur capitulis, in capitulo 5. hæc duo

tempora, idest, Pascha, & Pentecostes, ad baptizandum à Romano Pontifice legitima sunt præfixa &c. Post verò, Concilium Vuormatiense de eadē te plura decreuit, quæ in hunc locum afferre, opportunum esse reor. Inter cætera verò sanxit, ne quis, præter eos, qui maturi exitij periculo non absunt, extra Paschatis, ac Pentecostes solennia, ad baptismū accedere audeat. nam cap. 1. inquit: *sacro sancti autem baptismi sacramentum non nisi in Paschali festiuitate, & Pentecoste vnusquisque fidelium nouerit esse præbendum, exceptis his, quibus mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remedijs subueniri.* Postremò Synodus Triburiensis cap. 12. omnibus testatum esse vult. baptismi tempora certis diebus præfixa esse: atque eius priuilegium Pascha, & Pētecosten tulisse, quod vt facilius persuadere possit, Siricij, & Leonis Pontificum autoritate confirmat: quæ paulò superius allata, denuo citabitur, ne quis a me fingi, existimet: *sacro sanctum (inquit) baptismi mysterium sciant omnes in Christo regenerati, non nisi præfixis, & legitimis in anno celebrari temporibus, cum hoc sibi priuilegium, vt in Epistola Siricij Papa legitur capite secundo, & apud nos, & apud omnes Ecclesias, specialiter cum Pentecoste sua Dominicum Pascha defendat. In quo ( vt legitur in Epistola Leonis Papa capite nono ) orta est & virtus muneris, & species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quod ipse Dominus Iesus Christus, postquam resurrexit a mortuis, discipulis suis formam & potestatem tradidit baptizandi, dicens: euntes, docete omnes gētes, baptizantes eos in no-*

Baptismi  
forma à  
Christo  
post resur-  
rectionem  
instituta.

mine Patris, & filij, & spiritus sancti. De quo utique ante passionē potuisset eos instruere, nisi proprie voluisset demonstrare, regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sane huic observatiã etiam Pentecostes, ex aduentu sancti spiritus, sacra solemnitas, quæ de Paschalis festi pendet articulo. Contineo me à testimonijs recentiorum: quæ si enumerare voluero, iustæ magnitudinis liber implebitur.

*Etiã infantes solum in Paschate, vel Pentecoste olim baptizatos.*

## C A P. XX.

Baptismus in solo Paschate, vel Pentecoste infantibus etiam in usu.

**N**on solum autem adultos; sed etiam infantes, & paruulos tantum Paschatis, ac Pentecostes tempore ad baptismum deferti solitos fuisse, quamquam fidem excedere videtur, tamen veteres historiae, & SS. Patrum monumenta demonstrant. Nam primò S. Gregorius Nyssenus orat. 3. de sacro festo Paschæ, declarare cupiens, eos, qui donum sacrosancti baptismatis acceperunt, nouo cœlestis gaudij rore perfundi, pueros, quòd interius lætitiã concipere non possint, candidæ vestis assumptione, cœlestium rerum iucunditatem præ se ferre, tradit in hunc modum: *puellus infans mutatione vestis sensu externo festum colit, quandoquidem interiori animi sensu nondum potest. ex vestis autem mutatione baptismum ipsum inferri, nemo sapiens inficiabitur; quoniam altera post alterum dari solebat.* Deinde S. Ambro-

sius, sacrorum rituum peritus iuxta, tenaxque, dum longum baptizatorum ordinem, statatque ceremonias ante oculos ponere, sibi in animum induxisset, de mysterio Paschæ cap. 5, sic ait: *hinc Vitalis lanacri sacra Ecclesia edici puerperio infantes, barbyto innocentis perstrepunt conscientia. Hinc casti patres, pudice etiam matres, novellam per fidem stirpem prosequuntur innumeram.* Et Paulinus Nolanus in vita Sancti Ambrosij author est, multos pueros, qui baptismi sacramento renati erant, in Paschatis nocte, cœlestes viri integerrimi exuuias conspexisse, qui si constanter, convenienterque loquitur, affirmare oportet, ipsos eadem Paschatis celebritate, primi parentis labem salutari lauacro expiasse: *ad Ecclesiam (inquit) maiorem ante lucanam horam, qua defunctus est, corpus eius portatum est, ibique eadem fuit nocte, qua vigilavimus in Pascha, quem plurimi infantes baptizati, cum à fronte venirent, viderunt.* Præterea infigne exemplum pueri sacro Paschatis pervigilio, cum vndequeque multitudo premeretur, inter sacri baptismatis mysteria, è susceptoris manibus ad imum fontis delati, quod refert Baronius ex vita Damasi Papæ manuscripta ad ann. Chris. CCCLXXXIII. Certius enim aliquid ex S. Augustino elicitur serm. 160. in Dominica in octavam Pasch. vbi de puerorum baptismo, & celebri octo dierum solennitate verba faciens, *illi, inquit, pueri, infantes, paruuli lactantes, maternis vberibus inhaerentes, & quantum in eos gratia conferatur, nescientes, ut ipsi videris, & ipsi habent octavas hodie.* Hæc

ille, quæ quamquam adeo perspicua sunt, in  
 alia confirmatione non egeant, placet tamen  
 instituti tenendi causa, locis etiam aliquot in  
 signioribus confirmare. Namque in vita S.  
 Genouefæ Virginis, quam ex perantiquo ma-  
 nuscripto codice Laurentius Surius, publice  
 utilitatis causa, euulgauit, mentio est pueri  
 cuiusdam, qui cum extremum diem obiisset,  
 S. Virginis precibus vita redonatus fuit, annos  
 autem quatuor natus erat, & in catechume-  
 norum cœtum cooptatus, Christianam reli-  
 gionem vnâ cum nutricis lacte sugebat: vt pro-  
 ximo Paschate aqua salutari tingeretur. de quo  
 hæc scripta inuenies: *erant tum Quadragesima  
 dies & puer adhuc catechumenus de fide instrueba-  
 tur, vt in paschatis vigilia baptismatis undis ex-  
 piaretur.* Et Gregorius Turonensis lib. 8. hist.  
 Franc. cap. 4. Regem ipsum Galliæ loquen-  
 tem inducens, aperte meminit, Childebertū  
 Regis filium, qui die paschatis in lucem edi-  
 tus fuerat, proxima Pentecoste vitam spiritua-  
 lem per baptismum hausisse dum ait: *in die san-  
 cto Pasche stante fratre meo sygiberto in Ecclesia,  
 procedente Diacono cum sancto Euangeliorum libro  
 nuncius, Regi aduenit, vnaque vox fuit pronun-  
 ciantis lectionem Euangelicam & nuntij dicentis fi-  
 lius natus est tibi: vnde factum est, vt omnis popu-  
 lus in vtraque annunciatione proclamaret pariter:  
 Gloria Deo omnipotenti. Sed baptismum in die sancto  
 Pentecostes accepit. Eandem vero sententiam cō-  
 firmat Gregorij Magni autoritas Epist. 17,  
 ad vniuers, Ital. Episcop. in qua, pia oratione  
 eos admonet, vt, quoniam atrox morbi vis*

toram pené Italiam peruaserat, Longobardorum infantulos, qui in Paschali celebritate, ob impium Anatharith hæretici facinus, Catholicorum more baptizari nequiuérant, sacrosancto baptismo ritè lustrari, quàm celeterrimè eurent: ne cum salute corporis salus etiã animi periclitetur, sic enim scribit: *quoniam nefandissimus Anatharith in hac, quæ nuper expleta est, Paschali solemnitate Longobardorum filios fide Catholica baptizari prohibuit, pro qua culpa eum diuina maiestas extrinxit, ut solennitatem Paschalem ulterius non uideret: uestram fraternitatem decet, cunctos per loca uestra Longobardos admonere, ut quia ubique grauis mortalitas imminet, eosdem filios suos in Ariana hæresi baptizatos, ad Catholicam fidem concilians: quatenus super eos iram Domini omnipotentis placent.* Et lib. Sacrament. de sabb. Pasch. dum orationem recitat ad fontem consecrandum, diuinę gratię adminiculum implorat, ut quotquot sacri baptismi munere ornandi sunt siuè paruuli, siuè grandiores existant, omnium uirtutum cumulo augeantur, ac præsertim iñtima animi religione, & externo pio cultu omnia Christianæ beneficentiæ, ac pietatis officia exerceant: Deus, qui inuisibili potentia sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum, respice in faciem Ecclesiæ tuæ, & multiplica in ea regenerationes tuas, qui gratia tua effluentis impetu, laticas ciuitatem tuam, fontem quẽ baptismatis aperis toto orbe terrarum gentibus innocuandis, ut tuæ maiestatis imperio, sumat unigeniti tui gratiam de spiritu Sancto qui hanc aquam regenerãdis hominibus preparatã arcana tui luminis admix-

Episcopi  
fratres Põ-  
tificis ap-  
pellati.

ione secundet, ut sanctificatione concepta, ab im-  
maculato diuini fontis utero in nouam renati creatu-  
ram progenies caelestis emergat. Et, quos aut sexus  
corpore, aut aetas discernit in tempore, omnes in unam  
pariat gratia mater infantiam, &c. quæ postero-  
ra verba facile opinionem nostram confir-  
mant; quod frustra ætatis discretio futura esset  
nisi infantes, & adulti iuxta paschatis tempore  
baptizati fuissent. Suppetit etiam Concilij An-  
tistodorensis locus cap. 18. vbi eos, qui, extra  
pascha, infantes fonte baptismali muniunt, sa-  
cro anathemate ferit his verbis: non licet ab  
pascha solennitate, vilo tempore baptizare, nisi illis,  
quibus mors vicina est, quos grabatarios vocant. quod  
si quis in alio pago, contumacia faciente, post interdi-  
ctum hoc infantes suos ad baptismum detulerit in  
Ecclesiis nostras, non recipiantur. Et quicumque pre-  
biter ipso, extra nostrum permissum, recipere pra-  
sumpserit, tribus mensibus a communione Ecclesia se-  
questratus sit. Atque huic mori congruenter  
Ioannes Moscus, cap. 165. præc. spiritual. nar-  
rat, mulieres aliquot, quæ hebdomada san-  
ctiore, filios suos sacro baptismati offerendi  
causa, Hierosolymam summa religione profe-  
ctæ erant, cum voti compotes, Paschatis die  
domum redirent, in latrones incidisse: à qui-  
bus per vim expugnata, proiectis nequicquam  
infantibus, magna pudicitia iactura, vix dum  
longo post tempore, in agrum suum receptum  
habuerunt. quemadmodum ex verbis eius li-  
quet: quidam ergo die profecti sunt quidam ex a-  
gro Nicopoleos in sanctam ciuitatem hebdomada  
magna, ut per baptismum illuminarent filios suos.

Baptizan-  
tes extra  
Pascha cõ-  
munionem  
moneban-  
tur.

quod cum fecissent, & reuertentur in agrum suum  
 ut celebrarent sanctum resurrectionis diem, occurre-  
 runt illi latrones, principe suo absente: & viri qui-  
 dem fuga euaserunt: mulieres autem, proiectis nu-  
 per baptizatis filijs, tenuerunt Hebraei, & Samari-  
 tani, & habuerunt eas, &c. Non recusabo etiam  
 Concilij Bracarenlis secundi testimonium hoc  
 loco subijcere: non quia opus esse censeam, re-  
 allatis authoritaribus satis, superque iam pro-  
 bata: sed ut fidem rei clarissimæ conseruata  
 veterum testimonia augere possint. Illud igitur  
 cap. 9. postquam diem venturi Paschatis a sa-  
 cro prouinciæ præside Episcopis, & ab his po-  
 pulo Natalitiorum die nunciari præcepit: tum  
 iubet, infantes Paschali celebritate baptizan-  
 dos, viginti diebus antè, ad exorcismi scruti-  
 nium deferri, hoc modo: *tertio autem die, celebra-  
 tis hora nona, siue decima Missis, dimisso populo, præ-  
 cipiant Quadrag. seruare ieiunia, & mediante  
 Quadrag. ex viginti diebus baptizandos infantes ad  
 exorcismi purgationē offerri. Quod si cui dubiū vi-  
 detur argumētum, Isidorū Hispalensem legat.*  
 Nam ex eius verbis, quæ sunt lib. 1. de Eceles.  
 Offic. cap. 17. de Domin. Palmar. planissimè  
 ostenditur, propterea baptizandis caput lauari  
 solitum fuisse, ut infantes, qui Paschatis die,  
 baptismali fonte abluendi erāt, minimè sædi,  
 aut inquinati accederent: hoc autem (inquit) die  
 Symbolum competentibus traditur, propter consuetudinem  
 Dominica Pasche solennitatem: ut, quia iam ad Dei  
 gratiam percipiendam festinant, fidem, quam confi-  
 teantur, agnoscant, vulgus autè idè eundem diē Ca-  
 pitilauium vocat, quia tunc moris est lauandi capita

Paschatis  
 futuri dies  
 Natalitio-  
 rum die  
 denuncia-  
 batur  
 Ieiunij sex  
 hebdoma-  
 da um an-  
 tiquitas.

Dominica  
palmarum  
quare Ca-  
pirilauium  
dicta.

infantum, qui unguendi sunt, ne forte obseruatione  
Quadragesima fardidata ad unctionem accedent.  
Cuiusmodi argumenta plurima colligi possunt  
ex capite decimo quinto libri tertij vbi de ca-  
pitis ablutione dicitur. Ex eadem vero etiam  
consuetudine Ordo Romanus de Diuin. Of-  
fic. tit. de denuntiat. scrutin. ad elect. meminit  
infantes scrutinijs interfuisse, vt Paschatis so-  
lennitate, primorum parentum maculam sa-  
cro baptisate diluerent, *ipsis expletis*, verba  
eius sunt, *annunciet Diaconus: catechumeni recedant, si quis catechumenus est, recedat, omnes catechumeni exeant foras. egressi vero parentes cum infantibus eorum, foris relinquunt ipsos infantes in custodia, & iterum ingrediuntur in Ecclesiam tam parentes quam & illi, qui ipsos infantes suscepti sunt cum oblationibus eorum, & offerunt eas pro ipsis.* Vbi quamuis neque baptismi, neque Paschatis mentio fiat, tamen vtrumque ab Ordine expressum esse, qui antecedentia, vel subsequencia legerit, necessario fatebitur. Et Albinus Riacus de baptismo Pasche loquens lib. de Diuin. Offic. cap. 19. sapienter monet, ne parentes filios suos, antequam celesti pane corroborentur, vberibus adiuuari permittant, quod eius sacramenti dignitas ita postulare videatur: *sed & hoc inquit, prouidendum est, vt nullum cibum accipiant, neque laetentur: antequam communicent, &c. & cap. de* Domin. Palmat. Isidori Hispalensis verba imitatus eandem quoque consuetudinem docuit, dicens, *Pascha petrium, siue competentium dicitur quia hodie symbolu competentibus tradebatur propter*

Dominica  
palmarum  
cur pascha  
petrium si-  
ue compe-  
tentium di-  
ceretur.

eon fine Domin. Pasche solennitate capita lauantiū ideo  
 hunc diem appellat vulgus, quia tunc mos est lauare  
 capita infantium, qui vngendi sunt sabbato, ne for-  
 te obseruatione Quadragesime sordidati ad vntio-  
 nem accederent. A quibus non valde discrepans  
 Carolus Magnus, præceptoris sui sententiam  
 confirmauit, sicut apparet ex fragmentis, quæ  
 Vuolfangus Lazius collegit: in quibus legi-  
 mus, de hac die sciendum, quod diuerso vocabulo di-  
 stinguitur is dies palmarum, siue florū, at quera-  
 rum, capita lauantium ideo hunc diem appellat vul-  
 gus, quia tunc mos est lauare capita infantium, qui  
 vngendi sunt sabbato sancto, ne forte obseruatione  
 Quadragesime sordidati ad vntionem accederent, &  
 multo clarius cap. 185. lib. 6 leg. quæ ab Ansegi-  
 so Abbate in vnum coactæ fuerunt, & extant  
 adhuc, authore Rhenano ad librū Tertulliani  
 de coron. milit. in multis bibliothecis, præser-  
 tim Selesthadij in bibliotheca templi maximi.  
 In ijs igitur ita cautum inuenies: placuit, ut po-  
 pulus ad baptismum infantes non afferat, nisi duobus  
 temporibus, si infirmitas non occupauerit, quæ autē  
 sint ea duo tempora, quilibet nō imperitus di-  
 iudicare poterit tūm ex ijs, quæ ibidem author  
 scribit, tūm etiam ex communi aliorum scri-  
 ptorum opinione, quam supra retulimus. Am-  
 plius Onuphrius Panuinius de præc. Urb. Ro.  
 basilic. tradit, Hadrianū Papam ex aqua Clau-  
 dia, quæ per mediam aream Lateranensem de-  
 fluebat, aquam in baptisterium Lateranense  
 deduxisse: atque in eo antiquitus Romanum  
 Pontificem, quotquot afferebantur, pueros vi-  
 talibus aquis abluisse. Quæ si vera sunt: vt, esse

Dominica  
 Palmarum  
 quæ re ca-  
 pita lauan-  
 tium dicta.  
 Dominica  
 Palmarum  
 variis no-  
 minibus  
 appellata.

verissima, certum est, nequaquam audiendi, qui vel periculum, ac discrimen, in quod parvulorum vita vocatur, vel Siricij Epistol. i. ad Himmer. Glossa in Gratian. de consecr. dist. 4. cap. 15. & 17. aliorum quæ autoritates, quibus baptismi singulis diebus collati mentio est obijcere ausi fuerint. Nam & imminentibus periculis satis consultum erat, cum necessitatis urgente, singulis diebus baptizare fas esset: & citati scriptores de mortis, aut grauioris morbi discrimine locuti sunt; quemadmodum et ipsa Glossa patet, quæ si alio ferebatur, nos ab eius autoritate, & fide discedimus.

*Paschatis, & Pentecostes baptismus quomodo intelligendus.*

## CAP. XXI.

**Q**uod autem dictum est, Paschatis, & Pentecostes tempore olim baptizandi consuetudinem viguisse, lectores animaduertant, oportet, ita intelligendum non esse, perinde ac quolibet eorum baptizari, omnibus liceret. Constat enim eos, qui à Paschatis die ad Pentecosten edebantur, ipso Pentecostes tempore, & qui ab hac ad illum lucem hauriebant, in Paschatis celebritate, sacro fonte renatos fuisse. quo sensu interpretor Tertulliani testimonium lib. de Baptif. cap. 19. vbi de Paschate, & Pentecoste loquens, *diem, inquit, baptismo solenniorem pascha prestat, cum & pas-*

Nati post  
Pascha,  
baptizabā-  
tur in pen-  
tecoste,  
contrà qui  
post Pen-  
tecosten  
nascaban-  
tur, in a-  
schate.

so, in

no, in qua tingimur, adimpleta est. exinde Pentecoste ordinandis lauacris latissimum spatium est. Nam, quia à Pentecoste ad Pascha longius interuallum est, quàm è contra, plures Paschate, quàm Pentecoste baptizabantur. & ideo baptismus Paschatis solennior, quàm Pentecostes. Ad huius etiam rei confirmationem plurimum facit, quòd Childebertum Regis Galliarum filium, qui in Paschatis solennitate ortus fuerat, proximo Pentecostes die, baptismo lustratum esse, ex Gregorio Turonèsi lib. 8. histor. Franc. cap. 4. supra ostensum est: cuius verba denuo repetam: *in die sancto Pascha, stante fratre nostro Sygberto in Ecclesia, procedente Diacono cum sancto Euangeliorum libro, nuncius Regi aduenit, vnaquè vox fuit pronuntians lectionem Euangelicam, ac nuncij dicentis, filius natus est tibi, unde factum est, ut omnis populus in utraque annunciatione proclamaret pariter: gloria Deo omnipotenti, sed baptismum in die sancto Pentecostes accepit.* Atque huius quidem generis exempla plurima reperiri posse existimo; si quis veterum annales diligenter peruoluerit. verùm, quia nullam persuadendi necessitatem afferunt, ijs omissis, ad rationes, siuè coniecturas veniam, quæ me in hanc sententiam præcipuè impellunt, nam, cum sexcentis ærupnis, ac periculis hominum vita, ac præcipuè infantum obnoxia sit; putare debemus, ne sine baptismo pueri diem suum obirent, religionis administris fuisse cordi, ipsos, quo primùm per Ecclesiæ sanctiones liceret, salutari lauacro admouere. Ex quo efficitur, vt, cum sola Paschatis, & Pentecostes so-

Plures paschate, quàm pentecoste baptizabantur.

Post Evangelij annunciationem, populus responderebat, gloria tibi Domine.

lennia olim baptismo ministrando præfinita fuerint, alteris eorum, quæ primo incidissent, vnumquemque baptizari oportuerit. natis autem post pentecosten, pascha, post pascha, pentecosten proximior est, igitur illos paschate, hos Pentecoste baptismate donatos fuisse, fatebimur. Deinde vetus est opinio, multorum sæculorum experientia confirmata, hominum voluntate nihil in rebus humanis esse mutabilius, quis igitur veteres fidei Christianæ principes imprudentiæ non accuset: si, baptismi tempus ab altera celebritate in alteram longius differri, passi fuissent. Nequè idcirco tamen hunc morem ab hominibus seruari oportuisse, censendum est, sed alij locorum interuallo ad dictum diem adesse non poterant: alij, diuturni temporis poenitentia flagitia commissa redimere, necesse erat: quos, omissa priori celebritate, in altera baptizari, Ecclesiæ consuetudo patiebatur. Quare de vtrius diei solennibus ita breuiter concludo, infantes quidem ipsi, quæ natalem ipsorum diem propius sublequebantur, baptismi sacris initiatos fuisse: adultos verò, statim ac poenitentia, ac catecismi tempus expleuerant, nisi itineris molestia, vel alia difficultate impedirentur, siue paschate, siue pentecoste aquis lustralibus aeternæ salutis consuluisse,

Infantes  
proximiori  
natali suo  
vel Penteco-  
ste, vel Pas-  
chate bap-  
tizabantur,  
adulti verò  
ea Pascha-  
tis, vel Pen-  
teosten  
celebritate,  
quæ cate-  
chismum  
propius  
subleque-  
batur.

Cur solum Paschate, vel Pentecoste baptismus celebraretur: & loca, quae baptismi alias administrati meminerunt, explicata, vel reiecta.

## CAP. XXII.

Quid verò fuerit causæ, hæc cur solummodo tempora catechumenis baptizandis electa essent? nihil oportunius afferri posse existimo: quam, quod his præcipuè baptismus congruebat, qui quoniam Christi mortem, & resurrectionem refert: Christusque Dominus cælesti beatitudine donandos, ex aqua, & spiritu renasci oportere, pronunciauit: apparet, tunc potissimè baptismum fuisse cõferendum, quãdo & Christus animã deo reddidit, rursusque ad vitam, extractis mortis repagulis rediit: & Spiritus sanctus singulari munere in Apostolos lapsus est. Proinde Tertullianus lib. de bapt. cap. 19. diem, inquit, baptismi solemnioris Pascha præstat: cum & passio Domini, in quaringimur, adimpleta est, nec incongruenter ad figuram interpretabitur, quod, cum vltimum Pascha Dominus esset actorus, missis discipulis ad preparandũ inuenietis, inquit, hominem aquam bainlantem: Pascha celebranda locum de signo aquæ ostendit: exinde Pentecoste ordinandis lauacris latissimum spatium est, quo & Domini resurrectio inter discipulos frequentata est, gratia Spiritus sancti dedicata, & spectaduentus Domini suboïensa.

Prima causa baptismi in Paschate, vel Pentecoste administrandi.

Figura baptismi in Paschate celebrandi.

Vbi tam Paschate, quàm Pentecoste baptis-  
 di rationem clarè explicatam esse, intelligi-  
 mus. Et S. Basilius Magnus exhortat, ad bap-  
 tismum ex Paschatis solennibus, quæ tunc agebantur,  
 orationis suæ momenta deducit; quod nitum-  
 rum ea dies Christi reuiuiscens memoriam  
 nobis renouet, ac baptismus à peccati morte  
 ad vitam spiritualem nos traducat, sicut ipsius  
 verba demonstrant: quod tempus baptismo magis  
 cognatum est, quam Paschalis dies? quod ea lux re-  
 surrectionis monumentum quoddam existat, bap-  
 tismi namque ad resurrectionem facultas quadam  
 arraboque est, resurrectionis ergo gratiam in die re-  
 surrectionis excipiamus. Atque id etiam longè  
 clarius explicauit Leo Pontifex Epistol. 4. ad  
 vniuers. Siciliæ Episcop. cap. 3. vt qui ad fidem  
 Christianam, & sacrorum rituum mysteria po-  
 pulum informare, omni studio contendit.  
 Nam, cum de baptismi sacramento multa dis-  
 seruisset, ad extremum concludit: in morte cruci-  
 cifixi, & in resurrectione ex mortuis, potentia bap-  
 tismatis nouam creaturam condit ex Veteri, vt in re-  
 nascentibus & mors Christi operetur, & vita, de-  
 ceante beato Apostolo Paulo: an ignoratis, quia qui-  
 cunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte  
 ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum  
 illo per baptismum in mortem, vt, quomodo surrexit  
 Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in  
 nouitate vite ambulemus. Si enim complantati  
 facti sumus similitudini mortis eius, simul & resur-  
 rectionis erimus. Et cætera, quæ latius magister gerit,  
 ad comendandum sacramentum baptismatis, dis-  
 putauit: vt apparet, ex huius doctrina spiri-

regenerandis filiis hominum, & in Dei filios adoptandis, illum diem esse, & illud tempus electum, in quo per similitudinem, formamque mysterij, ea que geruntur in membris, his, que sunt in ipso capite gesta, congruerent: dum in baptismatis regula & mors inseruient interfectione peccati, & sepulcrum triduanam imitatur trina demersio, & ab aquis eleuatio, resurgens est instar de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas docet, celebranda generaliter gratia eum esse legitimum diem, in quo orta est & virtus muneris, & species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quod ipse Dominus Iesus Christus, posteaquam resurrexit a mortuis, discipulis suis, in quibus omnes Ecclesiarum Presules docebantur, & formam, & potestatem tradidit baptizandi, dicens: euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & filij & Spiritus sancti, de quo utique eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi proprie voluisset intelligi, regenerationis gratiam ex sua resurrectione cepisse. Additur sane huic obseruantie etiam Pentecostes, ex aduentu Spiritus Sancti sacra solennitas, que de Paschalis festi pendet articulo. Et, cum ad alios dies alia festa pertineant, hæc semper ad eum diem, qui resurrectione Domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratia manum, & eos, quos à die Pasche aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas interclusit, inuitans, ut quibuslibet difficultatibus impediti, desiderij sui effectum dono Spiritus Sancti consequantur. Ipse enim Unigenitus Dei in fide credentium, & in virtute operum nullam inter se, & Spiritum Sanctum Ioan. 14. voluit esse distantiam, quia nulla est diuersitas in

Matth. 28.

Christus  
quare bap-  
tismi for-  
mā post re-  
surrectionē  
tradiderit.

natura, dicens: ego rogabo Patrem, & alium para-  
 detum dabit vobis. Cum itaque veritas Christus sit  
 & spiritus veritatis, spiritus sanctus, nomenque pa-  
 raclei utriusque sit proprium, non dissimile est festum  
 ubi unum est sacramentum. hactenus Leo, ad qui  
 locum Glossa in Gratian. de consecrat. dist. 4.  
 cap. 13. authoris mentē egregie assecuta, allata  
 rationes ad certa capita redegit; quæ fidei, &  
 perspicuitatis gratia hic subijciam: quæstionem  
 (inquit) sicut à Leone, quare sollemnis baptismus cele-  
 bretur tantum in Pascha, & Pentecoste, & non in  
 festo Epiphaniæ quando Christus fuit baptizatus: qui  
 respondet, de Pascha triplicem rationem assignando.  
 Una est, quia plena potestas data est baptismo in morte  
 Christi, & resurrectione. Alia est, quia in baptismis  
 representatur mors Christi, & resurrectio. Tertia est,  
 quia postquam Christus resurrexit, baptizandi for-  
 mam discipulis tradidit, & gentes baptizare præ-  
 cepit. De festo autem Pentecostes multiplex ratio assigna-  
 tur: quia tunc spiritus sanctus in Apostolos venit,  
 sicut illa die venit in baptizatos; & quia hæc solem-  
 nitas pendet ex Paschali sollemnitate, ideo semper  
 celebratur die Dominica: & quia illi, qui in Pascha  
 baptizari non potuerunt, ex aliquo impediti, in illa  
 die baptizentur, & hoc ad imitationem D. Petri, qui  
 in eodem die tria hominum millia baptizavit, quos  
 ad fidem conuertit. Vualfridus etiam Strabo id  
 ipsum docuit lib. de reb. Eccles. cap. 26. Nam,  
 cum baptismi ritus accuratè profeceretur,  
 ac statotum temporum rationem redderet:  
 tum Christi Domini mortis, quæ refert, tum  
 eiusdem sententiæ, qua, ad æternā, & beatam  
 vitam solummodo aqua, & spiritu aditum

Paracleti  
 nomen fi-  
 lio & Spi-  
 ritui san-  
 cto pro-  
 prium.

Triplex  
 causa, qua-  
 re bap-  
 tismus pas-  
 chate ad-  
 mini-  
 stratur  
 Baptismi  
 penteco-  
 stes multi-  
 plex ratio.

patere, pronunciauit, meminit his verbis: quia  
 vero secundum Apostolum in morte saluatoris bap-  
 tizamus, & ipse Dominus, intraturos regnum celo-  
 rum, ex aqua, & Spiritu sancto renasci oportere, de-  
 monstrat; congrue a Presulibus Romanorum hæc duo  
 tempora sola ad celebrationem præfixa sunt baptisma-  
 tis, idest, Pascha & Pentecostes, quorum una passio  
 Domini, & Resurrectio, alteri aduentus celebratur  
 Spiritus sancti. Sed ex ijs, quæ attulimus, aliæ  
 quoque congruentes, & aptæ veteri instituto  
 rationes colligi possunt; vt illæ: baptizandi  
 formam Paschæ tempore à Christo Domino  
 institutam: Pentecoste Apostolos gentibus  
 baptismum tradere cœpisse: S. Petrum vitali  
 fonte tria hominū millia expiisse: cœlestis gra-  
 tiæ munera, quæ in baptismo dantur, largius  
 effusa: ac Spiritum sanctum ad nostram sancti-  
 tatem, vel conferendam, vel tuendam æque,  
 ac filium concurrere. Quarum plerasque alij  
 etiam scriptores tradiderūt: vt Rabanus Mau-  
 rus li. 2. de Institut. Cleric. cap. 41. dum Sabba-  
 ti Pentecostes ritus, ac cæremonias enumerat:  
*in sabbato autem sancto Pentecostes, sicut in sabbato*  
*sancto Paschæ, baptismus celebratur. Bene quoque*  
*sabbatum sanctum Pentecostes simili celebratione*  
*sabbato sancto Paschæ veneratur, quia ipse unigeni-*  
*tus Dei filius in fide credentium, & in virtute operū,*  
*nullam inter se, & Spiritum factum voluit esse di-*  
*stantiam: quia nulla est diuersitas in natura &c. Et*  
 Conciliū Triburiense cap. 12. cuius verba ante  
 retulimus, vt ea nunc repetere, non sit necesse.  
 Quin etiam Hugo à S. Vict. lib. de special.  
 Miss. obseruat, cap. 35. sui iudicij calculum

Aliæ causæ,  
 cur bap-  
 tismus Pas-  
 chæ, &  
 pentecoste  
 conferretur.

Pentecostes  
 sabbatum  
 sanctum, à  
 veteribus  
 appellatū.



adicit: vbi de Pentecostes baptismo loquitur, ait enim: in vigilia Pentecostes celebratur baptismus, eo quod Dominus ascensus in cælum, promittit discipulis suis, dicens, baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies, scilicet post decem, quod factum est. Hac de causa celebrat Ecclesia baptismum decima die post Ascensionem, vt catechumeni nostri baptizentur spiritu sancto, sicut & ipsi Apostoli. Quibus si quis addat, eo quod paschatis tempore Christus sanctos, & iustos homines ex misera illius custodiæ molestia liberauit, veteres patres tunc à primi parētis crimine nos expiari, æquum existimasse: aut, quemadmodum pentecostes die olim Hebræi frugum primitias Deo offerebant, grata memoria recolentes, quod Moyses quinquagesimo ab egressu die peregerat, sic eodē nostræ religionis primitias æterno numini pia celebritate, ac cæremonia consecrati, consentaneum visum esse: libenter ego illius sententiæ subscripserim. Quo fit, vt mirari satis non possim, \* Vualfridum Strabonem, alias virum notæ sapiētiae, & eruditionis, eo vel temeritatis, vel erroris delapsum esse: vt baptismum Paschatis, & Natalitiorum christi, dempta pentecoste, Synodo Gerundensi tribuere ausus fuerit: cū potius in ea paschatis, & pentecostes baptismus magnopere cōmēdetur: sicut ex cap. 4. paulo supra probauimus. Nec obest, quod Victor Vticensis lib. 2. de persecut. Vandal. Ioannes Moscus cap. 214. prat. spiritual. & S. Ioannes Damascenus in Iambic. Tetrast. de Epiphania. baptismi in Epiphania collati meminisse videntur. Nam, cum id a

Act. 1.

Probabiles  
alix ratio-  
nes, quibus  
Paschatis,  
& Penteco-  
stes bap-  
tismum con-  
gruum fu-  
isse osten-  
ditur.

\* lib de  
Eccles cap  
26.

Pontificibus, & Concilijs pluries vetitum fuerit: palam est, in sola Pascha, & Pentecoste olim baptismum legitime ministrari solitum fuisse.

*Baptismum in Thessalia solum Paschatis tempore collatum esse; vestigium in Paschate, & Pentecoste baptizandi adhuc durare; & quando, quibusvis causis hac consuetudo defecerit.*

## CAP. XXIII.

NON inficior tamen, in Thessalia, dempta Pentecoste, solum Paschatis tempus celebrando baptismati congruens esse visum. Cuius mihi author est Socrates lib. 1. hist. cap. 21. cum inquit: *aliam præterea consuetudinem in Thessalia esse cognoui: nimirum ut diebus festi Paschatis duntaxat baptizent: ob quam causam omnes, paucis admodum exceptis, absque baptismo moriuntur.* Quod etiam Nicephori Callisti testimonium confirmat lib. 12. histor. Eccles. cap. 34. his verbis: *alius item in Thessalia mos fuit, ut Paschalibus tantum diebus baptismus perageretur: quapropter multi etiam eo sacramento non initiati decesserunt.* Verum hic ipse ususne potius, an abusus fuerit, aliorum malo esse iudicium. Apud nos sanè veteris consuetudinis multa inditia sunt. Nam Author antiquit. Luturgicar. tom. 3. de Sabb. sanc. tradit, mul-

Baptismus in solo Paschate in Thessalia olim in usu.

Baptismi in paschate, & pentecoste vestigia durant.

tis adhuc in Ecclesijs esse consuetudinem illo die solenniter aliquem baptizandi. sigillatim autem Romæ, sicut audio, Paschatis, & Pentecostes per uigilio in baptisterio Constantini apud S. Ioannem Lateranensem quotannis solenni ritu regenerationis mysteria celebrantur. Quod imitata pleraque primaria Ecclesia fuerunt, nostra præsertim, in qua pridie horum dierum Illustrissimus Archiepiscopus tres

Baptismus trium puerorum in paschate, & pentecoste Mediolani quàm uetus sit.

Canonici templi maximi Cardinales olim appellati Trib. pueris, qui Mediolani olim paschate, & pentecoste baptizabantur, Petri, Pauli, & Ioannis nomina imponi solebant.

pueros noua innocentia stola insignit. Cuius moris antiquitatem ex Beroldo colligere possumus cap. de Sabb. sanc. ubi Ecclesia Mediolanensis caeremonias enumerans, de baptisimi sacramento hæc habet: *statim Archiepiscopus vadit ad alteram partem fontium, id est, ad Orientem, & duo Cardinales, id est, minor presbyter, & minor diaconus intrant fontes, & tres custodes obseruatores de octo minoribus querunt tres pueros per Ecclesiam, si possunt inuenire, qui uocentur unus Petrus, secundus Paulus, tertius Ioannes, & porrigere debent Cardinalibus, qui sunt in fontibus. & ipsis Cardinalibus tenentibus pueros, Archiepiscopus interrogat eos: quid uenistis facere? Resp. Venimus baptizari. Atque hanc auctoritatem si quis suo momento ponderare uoluerit: non modò, quod huius loci est, intelliget, tribus pueris, qui baptisimi nota ob signabantur, Petri, Pauli, & Ioannis nomen indi solitum fuisse: uerum etiam Canonicoꝝ, ædis primariae decus, atque amplitudinem agnosceret: quos augustissimo Cardinalium nomine appellatos esse, perspicuum est. De quo nos alias pluribus: cum Ecclesia Mediolanensis Metropolim, ritus, &*

reliqua persequemur. Nunc, quod restat de veteris consuetudinis vestigio, dicimus, id satis euidenter ostendi frequentibus horum dierum precibus, quas pro baptizatis & in re diuina, & statis ab Ecclesia precibus quotidie fundimus. Hæc consuetudo vsque ad tempora Caroli Magni, Ludouici Pij, filijque eius Lotharij passim in omnibus Ecclesijs integra, & inuiolata permanfit. Quod indit eorum leges ab Ansegiso collectæ, co-riprores multi, Albinus Flaccus, Vualtrabo, Rabanus Maurus, & Concilij Louiciensis Patres locis supra allatis. Post hos nullus, quem ego sciam, baptismi in Paschate, aut Pentecoste meminit. Quod argumento est, ab eo tempore veterem consuetudinem abrogatam esse: captaque passim, & quocunque tempore baptismi sacramenta conferri. Et quamuis nullus de eo canon existat: tamen Theophylactus, non incelebris inter Latinos author, qui anno salutis humanæ DCCCC. floruit, quotidiani baptismatis usum ad cap. 10. Luc. docet his verbis: *quotidie qui baptizantur, liberantur a vulneribus anime oleo quidem unguenti uncti, statim autem communicantes, & diuini sanguinis participes sunt.* Nec mihi negocium facessit apud Iodocum Coccium Conradi a Lichtenau loci in Cronie. ann. MCXXIII. vbi Ottonem quendam Episcopum Paschatis, & Pentecostes baptismum populo indixisse, refert: *Ottonis* (Conradi verba sunt) *Embergensis Episcopus Potmerianis à se conuersis iniunxit, ut infantes suos*

Consuetudo baptismi in Paschate, & Pentecoste quoad durauerit.

in sabbato sancto Pascha, & Pentecostes cum candidis, & cappa, que dicitur vestis candida, & patroni comitantibus ad baptismum deferant, eosque veste innocentia indutos, per singulos dies usque in octauum diem eiusdem sabbati celebrationi diuini officij interesse sinant. Nam illud singulare quiddam est, ex quo vniuersalis Ecclesie consuetudo non probatur. præterquam quod dici potest, Episcopum illum loqui solum de ijs, qui proxime Paschatis, & Pentecostes festiuitatibus in lucem edebantur: quos consilij erat ad ipsas referuare. sicut postea Concilium Colonienle monuit cap. 14. Verba verò Ruperti Abbatis lib. de Diuin. Offic. cap. 20. idcirco in singulis adspargimur Dominicis, quia in sacrosancta prima huius Dominica vespera (hoc est, Paschatis) vniuersaliter sancta celebrat Ecclesia: non de baptismo, sed de aquæ baptismalis consecratione sumenda sunt: vt ex ijs, quæ antecedunt, & subsequuntur, quis facile intelliget. Et, si rursus obijcias Hugonis à S. Victore testimonium lib. de specialib. Miss. obseruat. cap. 35. dicens: in vigilia Pentecostes celebratur baptismus, id quod Dominus ascensurus in cælum, promisit discipulis suis, dicens: baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies, scilicet post decem; quod & factum est. Hac de causa celebrat Ecclesia baptismum decima die post Ascensionem, vt catechumeni nostri baptizentur spiritu sancto, sicut & ipsi Apostoli: ita illud interpretari oportet, vt non sui temporis ritus, sed antiquos referre voluisse, intelligamus. Quomodo ad similia Patrum testimonia patet responsio. Causa eius mutatio,

Qui appetente paschate, vel pentecoste nascuntur, eorū baptismum vsque ad ipsa solennia differri, consilij est.

Act. x.

nis fuit communis vitæ periculum : quòd ple-  
 rique sine baptismo vita fungebantur. Ità mi-  
 hi videtur præmonuisse S. Basilius lib. exhor-  
 tat. ad baptis. cùm de Paschatis die loquens  
 in differentes longius salutis suæ mysterium  
 ità inuehitur : *quando Christianus eris ? quando te  
 nostrum esse cognoscemus ? anno superiore hunc diem  
 præstolabare : nunc iterum futurum expectas ? vide,  
 ne longiorem tibi vitam pollicendo, spe decidas. nescis,  
 quid crastina sit aduentura.* Socrates verò e-  
 tiam lib. 1. histor. cap. 21. & Nicephorus Calli-  
 stus lib. 12. cap. 34. eandem causam afferre vi-  
 dentur ; dum referunt, in Thessalia quàm plu-  
 res absque baptismo periisse : quòd is solum-  
 modò Paschæ diebus administrari soleret.  
 Prioris verba hæc sunt : *aliam præterea consuetu-  
 dinem in Thessalia esse cognoui : nimirum ut diebus  
 Paschatis dumtaxat baptizent. ob quam causam  
 omnes, paucis admodum exceptis, absque baptis-  
 mate moriuntur.* Alter verò sic : *Item in Thessalia  
 mos fuit, ut Paschalibus tantum diebus baptismus  
 perageretur : quæ propter multi etiam eo sacramento  
 non initiati decesserunt.* Verùm de hac re satis a-  
 perta fit significatio in his Ruperti verbis lib. 4.  
 de Diuin. Offic. cap. 18. *postquam Christianitas  
 creuit : quia periculosum erat, tantam multitudinem  
 differre, propter occasiones mortis, visum est sanctæ  
 Ecclesie passim indulgentia baptizandi concessa, im-  
 mò oblata, cuncta anteuenire pericula.* Est illa præ-  
 terea causa, cur baptismus in Paschate, vel  
 Pentecoste desierit : *ut vaferrimo humani ge-  
 neris hosti, cuius infinita sitis hominum strati-  
 gibus insaturabiliter expletur, diuinis præsidijs*

Baptismus  
 in solo pas-  
 chate, vel  
 pentecoste  
 cur cessa-  
 uit.

Secunda  
 causa, cur  
 baptismi  
 tempus mu-  
 tatum sit.

confirmati, fortius resistere possimus. Nam inter omnes, de vera religione rectè sentientes, manifestè constat, minus eos, qui Christiana sacra susceperunt, quam qui nefarie Idolorum superstitioni sunt addicti, ad peccandum allicere, diabolo permissum esse: & quò citius baptismi sacramentum administratur, eò minorem moram, & impedimentum Spiritui sancto inferri. Hanc ego mutandi temporis causam, à Ioannem Echium secutus, in medium attuli, haud sanè ignarus, eam multum minimè probatum iri. sed viro erudito à me, præsertim in re probabili, temere fides abroganda non fuit. Addit Pamelius in Tertulian. lib. de baptis. ex negligentia subinde vel parentum, vel presbyterorum, quibus ea cura incumberebat, baptismi tempora mutata esse.

a Homil.  
12. de bap.

Tertia causa baptismi temporis mutandi.

Baptismum ante nonum diem conferri, cautum est.

Moscovita quadragesimo die natos filios baptizant.

Moscovitarum ceremonie erga natos infantes.

Quod verum sit nec nò, eruditi lectoris iudicio relinquo. Sanè, ex quo ea tempora mutari, SS. Patribus est visum, omnes in id toto peccatore incubuerunt, ut nati infantes in Ecclesiam quam primùm, aut omnino ante nonum diem ad baptismum deferrentur. Qua de re multis in locis, præsertim Concilio Prouinciali Mediolanensi cautum est: seruaturquè inuoluntè apud omnes, præter moscouitas, qui quadragesimo ab ortu die infantes ad fontem æternæ salutis exponunt. Ut apud Sigismundum Liberum de reb. Moscouit. cap. de baptis. legitur in hæc verba: *nato infante, mox accersitur sacerdos ante ianuam habitationis, in qua est puerpera, certus stando recitat orationes, pueroquè nomen imponit. Deinde quadragesimo communiter die, nisi*

forte puer agrotet, defertur in Templum, & bapti-  
zatur, & ter in aquam totus Immergitur.

De Baptismi die.

CAP. XXIII.

**E**T si de baptisimi tempore, quodnam Eccle-  
siae nascentis primordio fuerit, capitibus  
precedentibus satis, superquè dictum est: ta-  
men, quia Paschatis, & Pentecostes solennia  
olim octo dierum spatio claudebantur, opera  
pretium me facturum existimaui: si, quinam  
ex illis celebrando baptisimati esset praefinitus,  
veterum scriptorum testimonijs comproba-  
uero. Qua in re, mirifica, ac propè singu-  
laris omnium consensus est. Vix enim, qui  
neget, id Paschatis, & Pentecostes perui-  
gio factitatum esse. Proinde Sanct. Ioannes  
Chrysostomus Epistol. ad Innocent. Pap. quæ  
in eius vita per Palladium scripta inserta est,  
Arianæ persecutionis vim, & acerbiteriam  
referens, mulieres, quæ Paschali sabbato, vt  
baptizarentur, vestes exuerant, nudas fugam  
arripuisse, scribit his verbis: *repente multitudo  
militum ipso magno sabbato, cum iam in vespere  
vergeret dies, Ecclesias ingressi, clerum omnem, qui  
uobiscum erat, per vim eiecerunt, armisque vene-  
randa obsidebantur altaria. Mulieres, quæ intra Ec-  
clesiam, vt baptizarentur, sese veste nudauerant, per id  
temporis nuda fugiebant, metu acerbissima huius cõ-  
mitionis impulse.* Paulinus verò Nolanus in vit.

Paschatis,  
& Pentecostes so-  
lennia du-  
rabant o-  
cto diebus.

Baptismus  
dabatur in  
peruigilio  
Paschatis,  
vel Pentecostes.

S. Ambrosij  
basilica  
olim maxi-  
mam Me-  
diolani tē-  
plum.

S. Ambros. narrat, paschatis nocte, cum eius corpus ad templum maximū (nunc S. Ambrosij basilica est) solenni pompa deferretur, a pueris, mox ante baptizatis, visū fuisse: *agone ita* (inquit) *ad Ecclesiam maiorem ante lucana horam, qua defunctus est, corpus eius portatum est, ibique eadem fuit nocte, qua vigilauimus in Pascha, quem plurimi infantes baptizati, cum a fonte venissent, viderunt. Quare, cum paschatis noctem ipsius peruigilium antecedit: & baptisimum in paschate conferri solitum, supra docuimus: restat, vt paschatis peruigilium ipsi baptismo præfinitum fuisse, fateamur.* S. etiam Augustinus idem planè confirmat homil. 42. de comment. Orat. Domin. vbi diem recitandi Symboli Catechumenos sic docet: *quicumque autem vestrum non bene Symbolum reddiderunt, habent spatium, teneant, quia die sabbati audientibus omnibus, qui aderunt, reddituri estis die sabbati nouissimo, quo die baptizandi estis.* Ex his enim argumentari licet, die sabbati baptismalibus sacris initiatos fuisse: igitur in paschatis, vel pentecostes peruigilio: cum hoc solum ad vtriusque diei solennia, quæ celebrando baptismati statuta erant, pertinere videatur. Apud Palladium quoque huius consuetudinis mentio est in vit. S. Ioan. Chrysostr. cum inquit: *quod reliquū erat auxilij, hi qui, cum Ioanne adierunt, Episcopi sacri ieiunij numero aequales, Regem, & Reginam adeunt, in Martyris orantes cum lachrymis, vt Christi Ecclesia parcerent, maxime propter imminens Pascha, & eos, qui regenerandi erant, iam plene eruditos, eique redderent sacerdotem.* Nam, cum

cum Theophili tumultus aduersus S. Ioannem, appetente Paschate, ortus fuerit: simul etiam fateamur, necesse est, ante Pascha excitū fuisse. Cum vero Paschatis tempus baptizandis Catechumenis electum esset, ac nullus dies, præter peruigium, ad Pascha pertineret: consequens omnino est, ut ipso peruiigio olim baptismum ministrari solitū fuisse, intelligamus. Sed clarius huius consuetudinis exemplum ex S. Remigij gestis colligere possumus, quem Hincmarus Rhemenfis Archiepiscopus narrat, cum in vitijs tollendis, quæ in hominū mores, & religionem irrepsent, ijsque ad veram pietatem, ac virtutem erudiendis, Apostolico munere functus esset, Clodoueo Gallorū Regi, Christianæ religionis hosti infensissimo, sed postmodum ad veræ pietatis studium exardescenti, tribusque alijs hominum millibus, sacro Paschatis peruiigio, baptismum contulisse: *in his* (inquit Epist. 3. ad quosdam Episcop. Franc. cap. 14.) *cisalpinis regionibus, postquam Ludouicus (alio nomine Clodoueus) prædicatione Beati Remigij ad Christum conuersus, & ab ipso cum tribus millibus Francorum in vigilia sancti Pascha baptizatus excitus, per successiones &c.* Quod etiam refert Epist. 5. ad diocesis Rhemenfis Episcopos, & regni primores cap. 17. Nam, postquam Ludouicus Germaniæ Rex, ægre ferens, Carolum Caluum Francorum Regem, eius fratrem, post Ludouici II. Cæsaris obitum, coronæ Imperialis à summo Pontifice obtinendæ causa, in Italiam concessisse, Galliæ regnum,

eo absente, inuadere tentasset; quidam Gallia  
 Episcopi Hincmarum Rhemorum Archiepi-  
 scopum consuluerunt, quid in tanto discrimi-  
 ne facto opus esset. Quibus respondit, quori-  
 dianis sacrificijs, supplicationibus, diuinorum  
 officiorum cultu, ieiunio, atque assidua ora-  
 tione, alijsque Christianæ pietatis exercitati-  
 onibus instituendos esse; nec oues vlla ratio-  
 ne deserendas. Multaque ad eam rem illu-  
 strum virorum exempla adduxit, & præcipue  
 S. Remigij, qui in simile periculum vocatus,  
 non modo intentos gladios à suæ provincie  
 ceruicibus depulit, verum etiam Barbarorum  
 multitudinem, cum Rege Clodoueo ab im-  
 pura superstitione ad christianam religionem ac  
 fidem traductam, pridie quam Christi reuulsi-  
 centis memoria colitur, cœlesti lauacro expia-  
 uit. Verba eius hæc sunt: sic Sæctus Remigius Rhe-  
 norum Episcopus, superuentibus Francis Paganis  
 in Belgicam diœceseos suæ prouinciam, Ecclesiã suam  
 non deseruit, sed orationibus, & sanctis exemplis  
 pietatem gentis perdomuit. & in verbis suis monstra  
 placuit: & non solum prouinciam suam a gladio  
 gentili eripuit: Verum & gentem Paganam ad  
 fidem Christi, cooperante gratia, conuertit: & tria  
 millia Paganorum unacum Rege in Vigilia Sancta  
 Pascha ad gratiam baptismi perduxit. Et, si alia  
 eius generis exempla perquirimus, apertissim-  
 um, & maxime illustre nobis suppeditat  
 Sancta Genouefæ Virginis vita, quam ex an-  
 tiquis Ms. codicibus Laurentius Surius colle-  
 git III. kal. Ianuar. Vbi referens tempus, quo  
 puer, annos quatuor natus, fallente vestigio

ex præcipiti in subiectum puteum deuolurus est, sanctæque Virginis precibus fugientem animam reuocauit, erant tum, inquit, *Quadragesima dies, & puer adhuc Catechumenus, de fide instruebatur, ut in Paschatis vigilia baptismatis undis expiaretur.* Præterea S. Gregorius Papa lib. 7. Epist. Indiēt. 2. Epist. 5. ad Ianuar. Episc. Caralit. ei significat, Iudæos grauiiter questos esse, quod Petrus quidam, Christianæ religioni nuper adscriptus, postridie quam baptismi sacramentum susceperat, hoc est, die Dominico, in Paschatis celebritate, eorum synagogam occupauerit. De quo ita legimus: *Iudæi, de ciuitate uestra huc uenientes, questi nobis sunt, quod synagogam eorum, qua Caralis sita est, Petrus, qui ex eorum superstitione ad Christiana fidei cultum, Deo uolente, perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis, sequenti die baptismatis sui, hoc est, Dominico, in ipsa festiuitate Paschali, cum graui scandalo sine uestra occupauerit uoluntate, quod, etsi à viro antiquæ religionis Christiano homini falso obiectum est, tamen ueterem consuetudinem manifeste ostendit; cum peritissimum sacrorum rituum auctorem habeat: a quo Ecclesiæ mos, & temporum ratio seruata est.* Et lib. 4. Dialog. cap. 32. iuuenulam pridie Paschatis à Curiali de sacro fonte susceptam fuisse, scribit hoc modo: *quidam Curialis in Valeria prouincia sacratissimo Paschali sabbato iuuenulam cuiusdam filiam in baptismo suscepit.* Item lib. sacram. pluribus locis eundem morem tradidit, ut cap. de sabb. pasc. in orat. ad font. consecrand.

respice Domine in faciem Ecclesia tua, & multiplica in ea regenerationes tuas, qui gratia tua affluenti impetu lacrificas civitatem tuam, fontemque baptismatis aperis, toto orbe terrarum gentibus innovandis. Et in missa Sabb. S. hanc quoque oblationem servituti nostrae, sed & cuncta familia tua, quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua, & Spiritu sancto, Et in Sabb. Pentecost. incipiunt orationes de Pentecoste die Sabbati, ante descensum fontis. Et paulo post: praecipio tibi, quicumque es, Spiritus immunde, ut ex eas, & recedas ab hoc famulo Dei, que hodie Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem fontemque baptismatis dono sua gratia Vocare dignatus est, deinde Deus dedit Pontifex Episc. ad Gordian. Episc. dum eius consultationi responderet, quomodo viri & mulieres, que ignare filios suos ex aqua baptismatis sabbato Pasche susceperant, in nuptiarum usu te gerere deberent, sic inquit: pervenit ad nos Diaconus vester, sanctitatis vestrae Epistolam deferens, quod quidam viri, & mulieres praterito sabbato Paschali die, pra magno populorum incursum, nescientes proprios filios suscepissent ex lauacro sancto. Cupis ergo scire, si pro tali accidenti ratione debeant viri, & mulieres ad proprium usum redire, an non. Ex quibus nisi quis in Paschatis peruvigilio baptizandi consuetudinem colligat, eum rationis expertem esse, necesse est. Non dubitabo etiam, quod Ordo Romanus scribit tit. de benedictione aquae ad albas deponendas, huc referre, aut enim id opinionem nostram confirmat, aut certe nihil, nam, ubi caeteras Paschatis, & Pentecostes ca-

Baptizatorum in missa Sabbati. sancti.

Sanctitatis titulus Episcopis dicitur.

remomias ordine recensuit : tum ait : sabbato in vigilijs Pentecostes omnes ieiunium faciunt, & omne diuinum officium, vel ordinem, tam lectio- nes, quam & baptismum, sicut in sabbato sancto vigiliarum Pascha. Tantum hora octaua ingre- diuntur ad vigilijs, vel missarum solennia, vt, hora nona expleta, omnia consumentur, antequam descendatur ad fontem ad baptizandum, legitur lectio prima &c & mox infra : his expletis, bap- tizandum est sicut in vigilia Pascha. Constat quo- que, Albinum Flaccum hanc consuetudinem tradidisse: cum lib. de Diuin. Offic. cap. 19. de sabb. Pasch. ait: finito etiam supra scripto baptis- mo in sabbato sancto, sunt litanie ex iussu Pontificis antecellere. Et cap. 25. de vigil. Pentecost. so- lennem supplicationem, quam ad sacrum lauacrum omni non externo solum, sed in- terno pietatis religiosæ officio sanctè cele- brabant, refert in hunc modum : Finitis lectio- nibus, descendendum est ad fontes cum sancto chris- mate, & cereis, cum magna reuerentia decantando litaniam, his expletis, baptizandum est in vigilia Pascha. Quæ testimonia licet pleraque supe- rioribus capitibus de baptismi tempore al- lata sint : tamen hic repetere, visum est op- portunum : vt baptismi dies distinctius intelli- gi possit. Plura desiderantibus consulendi Amalarius Fortunatus lib. 4. de Offic. Eccles. cap. 27. 28. 29. & 33. Rabanus Maurus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 38. & 41. Otho Phrisin- gensis lib. 6. histor. cap. 1. Berno Augiensis libel. de quibusd. reb. ad miss. spectant. cap. 3. Iuo Carnotensis serm. de sacram. neophyt.

K iij

Ieiunium  
iu sabbato  
pētecostes.

Rupertus Abbas lib. 6. de Diuin. Offic. cap. 24. Hugo à Vict. lib. de sacram. cap. 17. & lib. de special. miss. obseruat. cap. 31. & alij: poteruntque ijdem eum ex ijs, quæ de aqua baptismali dicta sunt, tum quæ lib. 5. de veste candida, & alibi dicemus, apertiora huius rei argumenta colligere.

*Cur baptismus die sabbati conferretur.*

CAP. XXV.

**N**Equè vero difficilis est ratio ad explicandum, cur sabbati die baptismus conferretur: si quis attentius totam rem consideret, & ipsius baptismi fructum utilitatemque intueatur. Etenim, cum sepultura Christi memoria sabbato recolatur, eodem die baptismum dari, ob id Patres instituerunt, ut Christiani, abiecta omni sorde peccati, ad nouam vitam cum Christo sibi resurgendum esse, intelligerent. Quare in Amalario Fortunato lib. 4. de Eccles. Offic. cap. 29. scriptum inuenies: *propter mortem Christi, quæ memoratur hora nona esse peracta, hora nona baptizantur, qui in Christi morte baptizantur, propterque mysterium conspectura Christi, quæ recolitur in sabbato, baptizatur Christi corpus in sabbato, ut, post hanc sepulturam, in die Dominica resurgat, initium enim resurrectionis à Dominica die debemus celebrare. Sic illa Dominica dies initium noui hominis, qui resurrexit à mortuis: & iterum sepultura eius, quando amissa*

Prima causa baptismi sabbato administrandi.

transit in requiem sine corpore in sabbati die &c. Et in Bernone Augiensi libel. de reb. quibusd. ad miss. pertinent. cap. 3. rectissime sancti Patres duo tantum legitima tempora ad baptizandum, si nulla necessitas interuenit, constituerunt, sabbatum uidelicet Pasche, & sabbatum Pentecostes: que utraque per octo dies celebrantur, merito conspeliuntur Christo baptizati in sabbato, ut cum ipso ualeant resurgere die Dominico, sicut enim sabbatu requie animarum, sic Dominicus dies, qui est primus, & octauus, significat resurrectione corporum. Ex quibus testimonijs amplius apparet, eam quiete, qua beati in altissimo & splendidissimo cœli domicilio fruuntur significatâ fuisse. Quod etiam Iuo Carnotensis prodidit serm. de sacram. Neophyt. cum ait: inde est, quod, qui in sabbato sancto sunt baptizandi, quarta hebdomada quadragesimalis obseruantia, que continentie nobis arma ministrat, & quarta eiusdem hebdomade feria catechizandi, & exorcizandi deferuntur ad Ecclesiam, ibi audiri, & instruendi, qualiter contra spirituales nequitas sine pugnaturi: sed tamen usque in sabbatum Paschale baptismus eorum differtur, hoc attendente Ecclesia, quia, qui ad agonem in presenti Vita uocantur, in spe futura quietis baptizantur. Refellendi autem, qui, quod apud Patres sæpe, nullo addito, baptismi Paschatis aut Pentecostes mentio fit, ipsum Paschatis, & Pentecostes diem ministrando baptismati statutum esse, arbitrantur. Nos enim Paschatis, aut Pentecostes nomine decursum octo dierum accipimus, à quo ipsum peruigilium non excluditur. Sic dicemus, olim baptizatos uestem albam,

K iij

Paschatis, & Pentecostes. festa durabant octo diebus. Altera causa, cur baptismus die Sabbati ad ministraretur. a Aug. serm. 163. de temp. Leō. Epist. 78. ad uenerf. camp. Sam. & Picei. Episc. Raban. Maur lib. 2. de institut. cleric. cap. 32. & Galuā. cap 2. I. histor Mediolanen.

& cereum septē diebus gestauisse: cum vtrumque sabbato post Pascha, & Pentecostem deponerent. Et quamquam eidem opinioni multa veterum scriptorum testimonia suffragantur, in quibus Paschatis dies nominatim expressus est: vt cum legimus apud Adonem Treuirensē Archiepiscopum de vit. S. Præced. Virgin. in titulo vero, quem pater eorum Padens nomine beati Pastoris dedicauit, vna cum consilio beati Pij sedis Apostolica Episcopi, fontem baptismi construere soror, & ipsa student: vt familia earum die sancto pascha baptizaretur: & in vita SS. Kiliani Episcopi, Colomanni presbyteri, & Totnani diaconi apud Surium VIII. Non. Iul. à beatissimo viro catholica fidei documentis instructus, proximo Dominica resurrectionis die cum multis alijs dato nomine, aqua lotus baptismatis, ab solutionē pristini promeruit erroris: tamē mihi probari non potest: quoniā dies pro tempore positus est, cuiusmodi loquendi formulam Latini scriptores vsurpant. Neque assentior Ludouico Viui, qui in grāmaticæ ludo edoctus, S. Augustin. libros de ciuit. dei exponere parū foeliciter aggressus est. Is enim nota K. in cap. 8 lib. 22. à Paschate ad Pentecosten baptismum quotidie administrari solitum, nullo authore, affirmat. Cui fides abrogatur ex omnibus scriptorū testimonijs, quæ de baptismo in sabbato supra attulimus. Inēpte quoque quis afferret, si solū in Paschatis, & Pētecostes peruigilio olim baptismus datus esset, fore, vt statæ, & solennes cæremoniæ in eo adhiberi nō potuerint: cū baptizandorū multitudini baptizantiū numerus

impar esset. Nam nec absurdum est cōcedere, antiquos Patres sine multis earū, quæ nunc in usu sunt, ceremonijs baptizasse: quoniam illæ paulatim in Ecclesiam inuectæ sunt: nec baptizandorum multitudo commoditari baptizantium obfuit: quia, cum necessitas postulabat, aspersione aquæ, quàm facili negotio baptizabant. Quemadmodum videre est apud Tertullianum lib. de pœnit. S. Cyprianum Epist. 76. Gennadium Massiliensem de dogmat. Eccles. cap. 74. & testatur vrceus à B. Laurentio martyrij tempore adhibitus: qui hodieque in eius Templo Romæ honorificè custoditur. Qui verò tradiderunt, non tantum Paschæ, & Pentecostes Sabbato, sed omnibus diebus vtriusque Paschalis hebdomadæ fuisse consuetum, baptismum celebrari, ij mihi satis, quod sentiunt, non probant. Ex eorum verò numero B. Rhenanus exillit annotat. in Tertul. lib. de bapt. cap. 19. & lib. de coron. milit. cap. 3. Quæ opinio vel hinc facilè refellitur: quod, albam vestem, & cereum, qui baptizatis dari solebat, octavo die, hoc est, sabbato post Pascha, & Pentecosten olim depositum fuisse, infra suo loco probabimus. Si quæ verò auctoritates illi fauere videntur, vt Socratis lib. 1. histor. cap. 21. *aliàm præterea consuetudinem in Thessalia esse cognoui, nimirum vt diebus festi Paschatis duntaxat baptizent*: Nicephori Callisti lib. 12. histor. Eccles. cap. 34. *alius item in Thessalia mos fuit, vt Paschalibus tantum diebus baptismus perageretur*: Victoris Papæ Epist. 1. ad Theophil. Alexand. Episcop. *à quarta decima verò luna primi*

Baptismi  
ceremoniæ  
paulatim  
instituta.

mensis, usque ad vigesimum primum eiusdem mensis diem eadem celebretur festiuitas, eodem vero baptismus celebrandus est catholicus: Synodi V. Constantinop. libel. Monachor. ad Menn. Patriarch. nondum perfectis diebus his, quibus baptizabatur, postquam vidit perspicue, quod rursus ad antiquum gentilis opinionis sua vomitum reuerti non poterat, per aliam viam ad id, quod studebat, peruenit: Amalarij Fortunati lib. de Eccles. Offic. cap. 39. tempore Pentecostes Ecclesia toto orbe nris semper Deo populos per aquam regenerationis aggregare consuevit: & Galuaneij cap. 231. histor. Mediolanen. toto tempore Paschali ciuitatis Senatores, & Consules baptizauit: ita eos explicare oportet; vt octodialia pro aliquo eorum dierum, & numerum pluralem pro singulari positum esse, intelligamus. Sigillatim autem Socrates, & Nicephorus plurali numero vti sumunt non vt plures dies baptismi administrando singulis annis statutos esse, demonstrarent: sed quia, vnum diem plurium annorum esse constabat. Galuaneus vero S. Caij Archiepiscopi vitam describit: quo tempore, propter multitudinem ad fidem confluentium, multis diebus baptismum celebratum esse, mirum non est.

*De hora baptizandi: ac breuiter de diuisione dierum in duodecim horas.*

## CAP. XXIV.

**D**e hora baptizandi nihil aliud verius affirmari potest, quam quod de tempore dixi-

nus. Ea enim primò non definita, mox certis  
 Nonæ finibus circumscripta, postremò iterum Hora bap:  
tismi noq.  
 libera, & indifferens fuit. Primum, & tertium  
 seipfis patent. Ad secundum B. Linus allusit  
 lib. de passione S. Pauli, cùm, prævio vsque ad  
 vespas ieiunio, quosdam baptismi sacra-  
 mentum suscepisse, dixit his verbis: *steterunt  
 cum multa lacrima, & spirituali gaudio, imponen-  
 tes eis mox manus, & dantes signaculum sanctifi-  
 cationis perpetua: sicque ieiunio vsque ad vespas  
 præcurrente, baptizati sunt in nomine Patris, & Fi-  
 lij, & spiritu sancti.* Atque hoc ex veteri histo-  
 ria facile erit confirmare: primùm quòd S. Ste-  
 phanus Pontifex Nemesium, & filiam, Chri-  
 stianis præceptis, & mysterijs ritè institutos,  
 hora vespasum sacro baptismate proluit:  
 scribente Simeone Metaphraste in vita eius:  
*his auditis, statim beatus Pontifex hominem illum  
 adduxit ad locum quendam, qui vocatur titulus Pa-  
 storis; cumque & ipsum, & eius filiam catechismo  
 instruxisset: quemadmodum Christiane fidei cano-  
 nes, & ordo postulat: iussit eos ieiunare vsque ad ve-  
 speram, cum autem venisset hora vespertina, bene-  
 dixit aque in eo loco, quem Pastoris titulum vocatum  
 fuisse, diximus. Itaque Nemesium in aquam demisit,  
 & baptizavit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus  
 sancti.* Deinde quia S. Polycarpus, magnam ho-  
 minū vim, S. Sebastiani ope a Dæmonum sti-  
 pendijs ad Christi signa traductam, cùm cœ-  
 lesti lauacro expiaturus esset, vsque ad vespas  
 cibo abstinere, iussit. De quo in Gestis S.  
 Sebastiani scriptum est: *accedat vnus qui que,  
 det nomen suum, hodierna die vsque ad vespasum;*

Hora vespertinorum pro nona.

præcurrente ieiunio, ut festinum baptismatis sacramentum, opportunum tempus inueniat. Vespertinum enim hora pro nona posita est, quod vespertinum eadem sint inter se, vel parùm discrepent. Multi etiam veteres Patres hanc consuetudinem suis scriptis non obscurè testatam reliquerunt. Inter quos S. Ioannes Chrysostomus, referens tumultum, quem Theophilus proiectæ audaciæ vir, & discordiæ serendæ, a-lendæque artifex mirus, contra fidem catholicam nefariè excitauerat, vergente in vespertina die, quæ ad sacrum fontem, mulieres accurrerant, metu grauissimæ tempestatis aufugisse meminit; sicut ex Epist. ad Innocent. Pap. perspicuum est: *nobis enim hæc ipsa, quæ antea diebus præcedentibus, repente multitudo militum in magno sabbaro, cum iam in vespertinam vergeret die, Ecclesias ingressi, clerum omnem, qui nobiscum erat, per vim eiecerunt, armisque veneranda obsidebant altaria. Mulieres, quæ intra Ecclesiam, ut baptizarentur, sese veste nudauerant, per id temporis nuda fugiebant, metu acerbissimæ huius commotionis impulsæ, nequæ sexus verecundiæ, & honestati permittebantur pro pauore consulere.* Atque idem S. Ioannes orat. 40. in cap. 15. prioris ad Corinthios cum aduersus Marcionis sectatores probare instituisset, omnium sæculorum mortuos extremo mundi die reuocandos esse, vt singularum cogitationum, actionum, verborum denique omnium rationem reddant, & in celeberrimo superum, inferumque conuentu iudicis sententiam subeant, legitimæ professionis memoriam, quam, baptismalibus sacris

initandi, in vespera ediderant, omni studio renouare contendit. Scribit enim: vobis primum, qui mysterijs estis initiati, volo in memoriam reuocare eam dictionem, quam in illa vespera iubent nos dicere, qui mysterio initiati. Nam, post mysticorum illorum, & terribilium verborum enunciationem, & horrendas regulas dogmatum, qua e caelo sunt demissa, hoc quoque in fine addimus, quando sumus baptizandi, iubentes dicere, credo in resurrectionem mortuorum: & in hac fide baptizamur. Ordo autem Romanus apertis verbis hoc tradidit lib. de Diuin. Offic. tit. de benedictione aquae ad albas deponendas. Est enim ea de re scriptum: sabbato in vigilijs Pentecostes omnes ieiunium faciant, & omne diuinum officium, vel ordinem, tam lectiones, quam & baptismum, sicut in sabbato sancto vigiliarum Pascha. Tantum hora octaua ingrediuntur ad vigilijs, vel Missarum solennia, vt, hora nona expleta, omnia consumentur: Sed clariora habemus huius rei testimonia tum apud Albinum Flaccum de Diuin. Offic. cap. 19. de Sabb. S. Pasch. dum ait. hodie autem hora nona baptismus celebratur, sicut in pentecoste, ea de causa, quia Angelus Domini venit ad Cornelium hora nona, annuncians ei, quod orationes eius ascendissent in conspectum Domini, qui mox misit ad Petrum, & promeruit sacramentum baptismi. sed & hoc decentissimum est, vt, quia auctor vice emisit spiritum, eadem hora nona Ecclesia sancta percipiat sanctum baptismum: tum apud Amalarium Fortunatum lib. 4. de Eccles. Offic. cap. 28. vbi docet, ea hora, qua caelestis ani-

mus à præpotenti Deo ad Cornelium Centurionem legatus est, sacros laicos in mystici-  
 naeri usum adhibitos fuisse. notandum est quod  
 ea hora diei nunc celebrat sancta Ecclesia baptismum  
 qua hora Angelus Domini venit ad Cornelium, an-  
 nuncians ei, quod orationes eius, & elemosina de-  
 cenderant in memoriam in conspectu Dei, & ut mo-  
 teret ad Petrum, qui eum baptizavit: in arcanis  
 autem sacræ religionis literis perspicuum est,  
 hora nona fœlicem nuncium Cornelio Cen-  
 turioni missum esse. & paulò post non modo  
 eiusdem rei mentionem facit: sed & plura a-  
 lia huius moris argumenta adducit: quæ ex  
 verbis sequentibus intelliges: igitur nona bap-  
 tismus celebratus est, ut & ipsa, & imitatrix eius,  
 quæ hodierna die est, retineret in mente, quod in mor-  
 te Christi, qui hora nona emisit spiritum, oportet  
 eam baptizare. hunc morem tenet nunc nostra Eccle-  
 sia in vigilia Pentecostes, quem præsignavit Corne-  
 lius, qui, ut mereretur accipere baptismum, hora nona  
 erat orans, & ieiunans in domo sua. Unde per-  
 spicuum fit, eius instituti rationem fuisse, ut  
 baptismus noster cum Centurione, & Christo  
 conferretur, quorum alteri hora nona vite  
 mortalis exitus, alteri spiritualis fuit initium.  
 Reperio tamen, quandoquæ in nocte, cum sa-  
 cræ vigilia haberentur, baptismi sacramen-  
 tum collarum esse: quemadmodum Paschalis  
 nus Episcopus Epistol. ad Leon. Pap. comme-  
 morat: quadam vilissima possessio Meltrinas appel-  
 latur, in montibus arduis, ac sylvis densissimis con-  
 stituta illicque per parua, atque vili opere constructa  
 est ecclesia, in cuius baptisterio nocte sacrosancta Trini-

Causa, cur  
 baptismus  
 hora nona  
 daretur.

Baptismus  
 in nocte  
 administra-  
 tus.

chali  
 fistula  
 Et G  
 uisus  
 lyses  
 egress  
 ta,  
 chry  
 sinu  
 nus  
 Dom  
 cum  
 qui d  
 in no  
 hester  
 sancte  
 Et A  
 fic. c  
 nocti  
 sepul  
 nuper  
 rus h  
 dies i  
 cong  
 albas  
 tirat  
 bus:  
 fic. c  
 alia  
 Chri  
 tem  
 incun  
 xir,

chali baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sic  
 fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur.  
 Et Gregorius Turonensis lib. 5. hist. cap. 11. ga-  
 nisus Pontifex nuncio nocte sancta Pentecostes, vigi-  
 lisque celebratis, ad Baptistrium foras muraneum  
 egressus est: ibique omnis multitudo coram eo prostra-  
 ta, baptismum flagitavit: & ille pra gaudio la-  
 chrymans, cunctos aqua abluens, Crismate limiens, in  
 sinu matris Ecclesia congregavit: Et Ordo Roma-  
 nus de vigil. S. Pasch. in noct. die resurrectionis  
 Dominica, procedente Pontifice ad sanctam Mariam  
 cum ordinibus suis notarius regionalis stat in loco,  
 qui dicitur Merulanas, & salutato Pontifice, dicit:  
 in nomine Domini nostri Iesu Christi, baptizati sunt  
 hesternae nocte in sancta Dei genitrice Maria in-  
 fantes masculi, numero tanti foeminae tanta: Et  
 Amalarius Fortunatus lib. 4. de Eccles. Of-  
 fic. cap. 27. quod in pascha diximus de sequentibus  
 noctibus, hoc & hic dicimus ut tres psalmi recolant  
 sepulturam Domini triduanam in his praecipue, qui  
 nuper consepulti sunt Domino: Et Rabanus Mau-  
 rus lib. 2. de instit. Cleric. cap. 39. alios septem  
 dies in memoriam eiusdem Dominica Resurrectionis  
 congrua festiuitate subiungens: quos septem dies  
 albas vocamus, propter eos, qui in sancta nocte bap-  
 tizati, albis per totam hebdomadam vtuntur vesti-  
 bus: Et Rupertus Abbas lib. 6. de Diuin. Of-  
 fic. cap. 24. quis enim dies nocte hac insignior, qua  
 alia nostra est neomenia, nisi illa, qua hac nocte in  
 Christo per baptismum renascitur noua Ecclesia? I-  
 tem lib. 7. cap. 11. quia nox illa sacratissima  
 incumbit, qua Christus libertatis author resurre-  
 xit, in qua iam, vt dictum est, prima resurrectione

Psalmorum  
 recitatio.  
 nes in Pas-  
 chatis no-  
 ct.

resurgunt, qui baptizantur novi Ecclesie filij. Gloſſa in cap. 3. Epist. 4. Leon. ad vniuers. ſcil. Episcop. quæ extat apud Grat. de conſ. erat. diſt. 4. cap. 13. baptiſmi tempus exponit ſacramentum, inquit, id eſt, diem naturalem, ſabbatum, & ſequentem noctem. Sed hæc comuni Eccleſiæ mori haudquaquam aduerſatur. Nam Gregorij locus de baptiſmo, ex tempore, & præter canonum ſanciones, colligi intelligendus eſt: ſicut ex eo patet, quod nolum, vt mos erat, ſcrutinium præceſſit. Perchaſinus verò, Ordo Romanus, Rabanus Maurus, Rupertus Abbas, & Gloſſa, niſi ſecum pugnare volunt, ſolum probant, aliquos in nocte Paſchatis baptizatos fuiſſe: quod non tollit, quo minus hora nona celebrationi baptiſmi decreta eſſet, Nam fieri poterat, vt, præ nimia baptizandorum multitudine, & inopiam eorum, qui baptizarent, baptiſmus nona incœptus, ad noctem uſque produceretur. Non

Baptiſmus ſæpe ad noctem producebatur

Per noctationes Chriſtiano- rum in paſchate quales eſſent.

velimus dicere, noctis nomine totum illud tempus, quod ab hora nona vigiliæ in ſequentem diem porrigitur, intelligi: quo modo etiam nunc primas ſequentis diei veſperas in vigilia celebramus. Sic Author Conſtit. Apoſt. lib. 5. cap. 2. vigilias noctis à præcedenti diei veſperis inchoauit in hæc verba: à veſperâ quinti diei uſque ad galli cantum vigilantes, & que in Eccleſiam conuenientes, vigilate orantes, & rogantes Deum, legentes in veſtra pernoctatione legem, prophetas, psalmos, baptizatisque catechumenis veſtris, & lecto Euangelio, in timore, & tremore lætæ deſinite. Et Amalarius Fortunatus poſt Paſchaliũ

Paſc  
ti ad  
quan  
dun  
Dom  
din  
hy  
conf  
ceſſu  
in hy  
quiu  
non  
toti  
uiſas  
dion  
ctiu  
tur.  
ram  
xiſſe

teſp

Et S  
Epiſ  
len  
fert  
ciſci  
Etis  
ſped  
xit L  
lias

Paschaliū noctium vigiliās, quibus baptizati ad diuinas laudes concinendas consurgebāt, quā baptisimi horā indicauit. Sicut ostendunt verba, *Ut tres psalms recolant sepulturam Domini*; quā de hac pia modulandi consuetudine intelligere oportet. Quod si obicias, dies hybernos vix, ac ne vix quidem nouem horis constare, ac propterea qui morbo, vel alia necessitate correpti, ad sanctum Christi cultum in hyeme accedebant, hora nona baptizari nequiuisset; respondebunt veteris consuetudinis non ignari, olim dies in duodecim horas, & in totidem, noctes tam hyeme, quā æstate diuisas fuisse, ita vt æstiuarum noctium contra-ctiores, dierum longiores, hybernarum noctium prolixiores, dierum breuiores efficerentur. Proinde Plautus in Pseud. hybernam horam pro breuissima posuit: vbi, cum Simo dixisset:

Dies olim  
diuideban-  
tur in 12.  
horas tam  
hyeme,  
quā æsta-  
te.

— *Credo equidem potesse te scelus  
Masiici montis vberimos fructus quatuor  
Ebibere in hora vna.* —

respondit Pseud.

— *Hyberna addito.*

Et Seruius Sulpicius, quemadmodum lib. 4.<sup>o</sup> Epistol. famil. legitur, postquam decimo Kalen. Iunij se Marcellum conuenisse, scripsit, infert mox: *postridie eius diei, cum ab Athenis proficisci in animo haberem; circiter horam decimam noctis Posthumus familiaris meus ad me venit.* Eodem ti spectat, quod Christus Dominus Apostolis dixit Ioan. 11. *nonne duodecim sunt hora diei?* Virgilius etiam lib. 2. Georg. æstiuos dies, quia Iou-

L

gionibus horis constantur tardos appellam cum de Iulij laudibus cecinit.

*Anne nouum tardis hydus te mensibus addas.*  
Nec dubito, quin ex eadem ratione Martij Epigram. 12. aestiuam horam pro longissima potuerit: etiam si alij aestiuam acceperint etiam relaxationi animi, & voluptatis plenam

*Otia Priscibreni poteris donare libello;*

*Hora nec aestiua est, nec tibi tota perit.*

Quam interpretatiunculam si quis submeliora fidei esse putat, patronum habebit Plinius qui in eandem sententiam lib. 2. natur. huius Augusti verba referens de sydere crinito, *rebat, inquit, circa undecimam horam diei, quumque omnibus terris conspicuum fuit. Vbi undecima hora pro penultima posita est.*

Hora nona potest hora nona tam hyeme, quam aestiua cœnis statuta, singularumque noctium in quatuor vigilias, & harum in tres horas diuisa. Quæ cum perennem omnium dierum, & noctium in duodecim horas distinctionem optime probent, à nobis omittuntur, sat eorum raris, contra sententium argumentum, quod opponi poterat, dilutum esse. Cætera, quæ de baptismi hora quæri possunt, velut, quando, quibusue causis nona baptizandi consuetudo deserit, ex iis, quæ de baptismi tempore supra diximus, intelligi possunt. cum enim utriusque par sit ratio, utrique etiam eundem finem, causamque adscribimus. Sed, sicut in Paschate baptizandi mos nequaquam institutus est, quin eius aliquod vestigium restat: sic baptismi hora nona administrati mo-

Hora nona cœnis statuta erat. Nox in quatuor vigilias, & hæc in tres horas diuisa. Mos hora nona baptizandi cur, quandoque deserit. Ritum hora nona baptizandi Belgæ retinuerunt.

modo imaginem, sed ritum etiam ipsum expressum intueri possumus: quandoquidē Author antiquitat. liturgicar. tom. 3. de vigil. Pentecost. à Belgis adhuc retineri, testatur.

De loco Baptismi.

C A P. XXVII.

Quamuis ea, quæ de baptisteriis ante diximus, ad baptisimi locum cognoscendum satis esse possint, tamen de eo plura hoc loco agere, in animum induximus, ut accuratorem explanationem perfectior cognitio consequatur. neque enim desunt libri, & monumenta, ex quibus facile est huius rei veritatem depromere. In primis autem constat, baptisimi sacramentum in Ecclesia semper administratum fuisse. nam Socrates lib. 7. Histor. Eccles. cap. 4. Hebræum quendam, qui ex graui, diutinoque morbo iacebat morti proximus, ad baptisterium, quod in Ecclesia erat, baptisimi causa delatum esse, docet his verbis: *ille igitur Iudæum fidei articulis instituens, & spem in Christum ei annuncians, iubet ad baptisterium in lectulo deportari.* & Amphilochius de vit. S. Basil. refert, ipsum, cum Hebræum medicum è faucibus dæmonis ereptum, Christi regno vindicaturus esset, Ecclesiastici moris obseruandi cupidum, quamuis difficili, longaque febri teneretur, ac curatio ad grauioris incommodi metum, quam ad vllam bonam spem pronior

Baptisimi locus in Ecclesia.

Baptizabatur olim  
p. a se. te  
populo.

Mulieres  
nuda ba-  
ptizabatur

esset. in Ecclesiam perrexisset: *surgensque, inquit, venit in sanctam Ecclesiam, & sub a. p. e. l. u. i. u. s. p. o. p. u. l. i. b. a. p. t. i. z. a. u. i. t. e. u. m.* nulla autem causa Basilio, præsertim in extremo vitæ discrimine constituto, ad Ecclesiam proficiscendi fuisset nisi id Ecclesiæ consuetudo, & SS. Patrum decreta postulassent. Præterea S. Ioannes Chrysostomus Epist. ad Innocent. Pap. quæ in vitæ eius a Palladio scripta inserta est, dolenter exponens tumultum, quem Theophilus Alexandria Episcopus, male de Ecclesia sentiens, impotenti dominandi libidine, contra ipsum turpiter excitarat, mulieres, quæ baptismi causam Ecclesiam confluerant, pudicitia periculum subiisse, tradit his verbis: *mulieres, quæ in Ecclesiam, ut baptizarentur, sese veste nudauerant, per id temporis nuda fugiebant, &c* quod, etsi singulare exemplum est, ex quo vniuersalem Ecclesiæ morem probari, nemo fateretur, multum tamen ad fidem faciendam valere, certum est, quoniam innumere mulieres, & viri tunc temporis in Ecclesia baptismi donandi erant: ut non vnus, sed plurium exemplorum locum obtinere videatur, exempla verò multiplicata magnam probandi vim habere, omnes sciunt, præcipue si Conciliorum placitis congruant, ut in re præsentis contingi: Etenim Synodus Constantinopolitana sextæ Partes can. 59. ut baptizandi in Ecclesiis consuetudinem, quæ nonnullis violari videbatur, suis institutis stabilirent, clericos, qui in priuatis ædibus baptismum conferre ausi fuissent, depositione, laicos verò segregatione mulctari, statuerunt.

in ade oratoria, qua est intra domum, baptismus nequaquam peragatur: sed, qui ab omnibus sordibus aliena illuminatione digni habendi sunt, ad catholicas Ecclesias accedant, & hoc illic munere persolvantur. si quis autem, quæ à nobis constituta sunt, non servare conuictus fuerit, si sit quidem clericus, depouatur, si autem laicus, segregetur. Et in Concilio Constantinopolitano quinto legimus, eiusdem culpræ affines à piorum societate seclusos esse, ita enim libellus, quem Actione quarta monachi Mennæ Patriarchæ detulerunt, inquit: eos, qui per domum baptizant, eyce foras. Quare mirandum non est, si Ordo Romanus tit. de sabb. sanc. in die iis, qui vitali fonte abluendi sunt, præcipiat, vt in Ecclesiam conueniant: post tertiam, inquit, horam sabbati procedant ad Ecclesiam, qui baptizandi sunt, cum patrinis & matrinis. Siquidem ad vulgarem sui temporis consuetudinem respexit: quam, vt à maioribus optime seruata esse, norat: sic à posteris inuolantè custodiri, è re Christiana arbitrabatur. nec fefellit eum opinio: cum innumeri Patres, & Concilia idem sepius incularint: nullâ que gens tam exuta veterem disciplinam sit, quæ natos infantes ad suscipiendum baptismum in Ecclesiam deferendos non curet. Restat, vt iis respondeam, quæ à sacrorum euersoribus obijci possunt: velut si quis affirmet, olim baptismum vbique celebrari solitum esse, quod in vita S. Apollinaris scriptum sit: iis autem qui iam in Christum credebant, Missas, & baptismata faciebat in domo Tribun e in discipulis suis, quasi vero Apostolorum tempore, quo S. Apollinaris vi-

L. iij

Ecclesia in priuatis domibus. Illuminatio, hoc est baptismus.

Clerici extra Ecclesiam baptizantes loco suo mouebantur.

Baptizantes extra Ecclesiam, anathematis cum peccato obnoxij orant.

Cōsuetudo baptizandi in Ecclesia vbique seruatur.

tam egit, non alia quoque multa necessitate  
 causa fierent, quæ sequentibus sæculis post  
 modum desierunt. Vt enim à S. Ambrosio  
 præclare dictum est, principio, cum Dei Ec-  
 clesia surgeret, nondum sacræ ædes erectæ  
 rant, in quibus sacramenta solennibus cere-  
 moniis ministrari possent. Sed, aduleta iam  
 Christi religione, passim Ecclesiæ ædificata  
 fuerunt, quas celebrando baptismo decerni  
 conueniens, visum est. Atque ita cæteris om-  
 nibus locis, quæ, primos fidei doctores extra  
 Ecclesiam Sacrosancto baptismo abluisse, de-  
 monstrant, satis posse fieri, existimo. quod  
 quibus hæc interpretatio non congruit, ea ve-  
 de supremo vitæ periculo intelligenda sunt.  
 cum mors paulo post affutura longiorem mo-  
 ram non patiebatur, cuius multa exempla  
 sunt in SS. Patribus: vel de Episcopi licentia  
 facta esse, existimandum est: sicut in Conci-  
 lio Constantinopolitano sexto can. 31. vides-  
 mus. Alias né Principibus quidem, vel Regi-  
 bus extra Ecclesiam baptizari licebat. quod  
 ne in dubium vocari possit, tria exempla præ-  
 feram ex veteri hiltoria. primum nobis suppe-  
 ditat Marci gazensis Diaconi Epistola apud  
 Baronium tom. 5. annal. ad ann. Chris. 401.  
 qua de Theodosij Iunioris baptismo hæc ha-  
 bentur: baptizato Iuniori Theodosio, & ab Ecclesia  
 egresso in palatium, licebat rursus intueri decorem ce-  
 rum, qui præerant multitudini, &c. secundum le-  
 gere possumus apud Hincmarum Rhemen-  
 sem Archiepiscopum de vita S. Remig. vbi  
 Ingomirum Clodouei Gallorum Regis filium

Ecclesiæ  
 quādo ce-  
 perint ædi-  
 ficari.

Principes  
 quoque in  
 Ecclesia  
 baptiza-  
 bantur.

caelesti fonte in Ecclesia lustratum esse, mentio est: *Regina*, inquit, *parat filium ad baptismum, ornat Ecclesiam velis, atque cortinis.* Tertij vero idem Hincmarus ibidem author est, qui, ipsum Clodoneum non multo post, communem mortalitatis noxam vitalibus aquis expialle, refert his verbis: *interea eundi via ad baptisterium e domo regia preparatur, velis, & cortinis depictis ex utraque parte protenditur, & desuper adumbratur, plures sternuntur, Ecclesia componitur baptisterium, &c.* Verum hæc consuetudo deinceps immutata est: datumque honoris, & privilegij loco, ut Principibus, & Regibus suos filios domi baptizare, fas esset, quod & à Clemente V. concessum fuit tit. 15. de baptis. & eius effec. cum ait: *presenti prohibemus edicto, ne quis de cetero in aulis, vel cameris; aut aliis privatis domibus, sed duntaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos (nisi Regum, vel Principum, quibus valeat hoc in casu deferri, liberi extiterint) audeat baptizare: & à Concilio Coloniensi confirmatum cap. 15. ubi in Ecclesiis baptizandi ritum cæteris omnibus præcipiens, Regum filios excipit hoc pacto: statuimus, neminem alibi, quam in Ecclesia, quocumque loco natus sit, debere baptizari: exceptis Regum filiis, &c. nuncque etiam ab Ecclesiæ cultoribus diligentissimè servatur.*

Principibus domi baptizari à quo concessum.

De ministro baptismi, quinam fuerit.

## CAP. XXVIII.

Necessitate **N**on hic querimus de ministro, mortis aut  
 postulante necessitatis tempore: nam constat, eo in  
 omnibus casu omnibus cumularissimam baptizandi fa-  
 cultatem fuisse. Non etiam de primordiis no-  
 strę religionis, quem legitimum ministrum  
 habuerint, disceptandum est. Tunc enim ba-  
 ptizandi ius promiscuum fuit: quemadmodum  
 initio ba- ipsa temporis ratio demonstrat, & S. Ambro-  
 ptizandi sius testatur in cap. 4. Epistol. ad Ephes. his ver-  
 ius promi- bis: postquam omnibus locis Ecclesie sunt constituta,  
 scium fuit. & officia ordinata, aliter composita res est, quam ce-  
 perat. Primum enim omnes docebant, & omnes ba-  
 ptizabant, quibuscunque diebus, vel temporibus  
 fuisse occasio ut ergo cresceret plebs, & multiplicare-  
 tur, omnibus inter initia concessum est & Evangeliz-  
 zare & baptizare, & scripturas in Ecclesia explana-  
 re, at, ubi autem omnia loca complexa est Ecclesia,  
 conuenticula constituta sunt, & rectores, & cetera  
 officia in Ecclesiis sunt ordinata, ut nullus de clero  
 auderet, qui ordinatus non esset, presumere officium,  
 quod sciret non sibi creditum, vel concessum hinc er-  
 go est, unde nunc neque diaconi in populo predicant,  
 neque clerici, vel laici baptizant, neque quocumque  
 die credentes tinguntur, nisi aperi. Quod igitur in  
 controuersia versari volumus, est, utrum soli  
 Episcopi, an etiam presbyteri, sicuti nunc, ita

semper alias, baptismi sacramentum admini-  
 strarint? Videntur autem soli Episcopi, admini-  
 strasse. Nam in Constitutionibus Apostoli-  
 cis, quociens de baptismo administrando sermo  
 est, ad sacerdotes id spectare traditur; vt lib. 6.  
 cap. 15. eodem modo contenti sint uno solo baptismo,  
 qui in Domini mortem traditur non misterio abomi-  
 nandorum hereticorum, sed probatorum sacerdotum  
 in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Et lib. 7.  
 cap. 40. quomodo oporteat catechumenum, cum ini-  
 tiatur, à sacerdotibus benedici, & quæ ab iis docen-  
 dus sit. Rursus ibidem cap. 42. post hanc promissio-  
 nem, deinceps venit ad olei vntionem, benedicuntur  
 hoc oleum à sacerdote in remissionem peccatorum, &  
 preparationem baptismi. Et cap. 43. deinde venit ad  
 aquam, benedicit, & glorificat sacerdos Dominum  
 Deum omnipotentem, & post hoc, baptizatum in  
 nomine patris, & filii, & spiritus sancti, ungit un-  
 guento, dicens, &c. Sacerdotis autem nomine  
 solos Episcopos olim appellatos fuisse, cum à  
 libi fufus probabimus, tum ex olei consecra-  
 tione, quæ hic illi tribuitur, intelligi potest. Si-  
 cut, quod nulli presbytero baptismi admini-  
 stratio præcipitur, euident coniectura est, eam  
 solis Episcopis licuisse. Præterea S. Dionysius  
 Areopagita, Apostolicorum temporum æqua-  
 lis, qui baptismi ritus fusè enumerat lib. de Ec-  
 cles. Hierarch. cap. de Sacram. illustrat. dum  
 ministrum mentionem facit, semper sacerdotem,  
 aut Hierarcham appellat; benigne, inquit, se factu-  
 rum esse promittit, acceptumque eum ducit ad sacer-  
 dotem: Ad Hierarchæ manum ab eis manuductus;  
 Hierarcha autem in loco superiori stans: Rursus du-

Soli Epí-  
 scopi a-  
 ptizabant.

Sacerdotis  
 nomē olim  
 dabatur so-  
 lum Episc.

cunt ad Hierarcham : Et similia alia, quæ baptizandi munus Episcoporum fuisse, facile demonstrant. Idem etiam, & multo apertius Ignatius ostendit Epist. ad Smyrnens. ubi eo audaciâ reprehendens, ait: *non liceat sine Episcopo baptizare.* non enim solum vult, ceteros Episcopo baptizandi facultatem impetrare, sed amplius solis Episcopis baptizandi prouinciam demandatâ esse, vt alios à baptisimi administratione excluderet. Et Tertullianus lib. de bapt. cap. 17. cum illi tractationi coronidem impetere vellet, ita scriptum reliquit: *superest adcludendam materiolum, de obseruatione quoque baptizandi, & accipiendi baptismum commune facere. Alio quidem habet ius summus sacerdos, qui est Episcopus, dehinc presbyteri, & diaconi, non tamen Episcopi auctoritate, propter Ecclesie honorem.* Petrus linus verò Nolanus de vit. S. Ambrosii. eius laudes perstringens. tanta corporis, animique fortitudine in Episcopalibus muneribus ceteris eundis præditum fuisse, asserit; vt, quod circa baptizandos solus cumulatissimè præstabat quinque postea Episcopi, post eius obitum, vix efficerent. Scribit enim: *in rebus diuinis implendis fortissimus, in tantum, vt, quod præstare implere poterat circa baptizandos, quinque postea Episcopi tempore, quo deceffit, vix implerent.* fructus vero inter Episcopalia munera baptismus numeraretur, si alij ab Episcopis ipsum administrare potuissent, nec S. Ambrosio in baptizandi munere alios Episcopos sufficere, nec esse fuisset, si baptismi conferendi ius presbyteros fuisse videretur. Atque huic mo-

ri fauere existimo, quod in Gregorio Turo-  
nensi lib. 10. Hist. Franc. cap. vltim. legitur,  
Episcopum doctum iuxta, piumque cum mon-  
achialium Antistitam ex iniusto carcere erue-  
re, vehementer optaret, Chrodioldi nuncial-  
se, nisi innocens Virgo monasterio, ac suis  
redderetur, se proximo Paschate neminem  
Christianis mysteriis initiari, permissurum.  
Eius verba hæc sunt: *cumque Episcopus hac om-  
nia grauius ferret, nec valeret seditionem Diaboli-  
cam mitigare, misit ad Chrodioldem, dicens, relin-  
que abbatiſſam, vt in his diebus in hac carcere non  
retineatur. alioqui non celebrabo Pascha Domini,  
neque baptismum in hac vrbe ullus Catechumenus  
obtinere, nisi abbatissa à vinculo, quo tenerur, in-  
beatur absolui.* Nam si alius ab Episcopo bap-  
tizandi facultatem habuisset, irritæ Episcopi  
minæ fuissent, quoniam eo vel inscio, vel re-  
pugnante, Catechumeni suæ salutis consulere  
potuissent. Sed hæc subtilius exquirere nihil  
oportet, cum meminerimus, hæc ipsa mune-  
ra, quæ nunc contemnuntur, in veteri Eccle-  
sia Episcopos diligenter obiuisse. vt aliquan-  
do sola causa fuerit, accercendi Episcopum ab-  
sentem Paschatis tempore, vt Catechume-  
nos Christianis rudimentis imbuere, & bap-  
tismo lustrare posset. Quemadmodum egregie  
adnotauit Ioannes Carolus Bouius in lib. 3.  
constit. Apostol. cap. 20. Cuius quidem con-  
suetudinis vestigium adhuc daret in Ecclesia  
Ambrosiana, in qua infantes, hebdomada  
Paschæ, vel Pentecosten proximè antecede-  
te, in lucem editi, ad præcipuam vrbis Ecclesiam  
deferri iubetur, vt iis solèni ritu huius Ecclesie

Baptismi  
admini-  
strandi  
causa a Epi-  
scopi ab-  
sentes olim  
reuocati.  
Baptismi  
solum ab  
Episcopis  
collati ve-  
stigium in  
Ecclesia  
Ambrosia-  
na.

a Conci.  
Prouinc. 4

Archiepiscopus baptismum ministret. A qua  
solemnitate quemcunque presbyterum tan-  
vrbis, quam diœcesis abstinere, <sup>a</sup> cautum est.  
Neque nos mouet, quod baptismi admini-  
strationem etiam presbyteris licuisse, ex Ca-  
non. Apostol. colligi videatur; cum legimus  
can. 50. *si quis Episcopus, vel presbyter nouis-  
mum mysterij baptismata perfecerit, deponatur.* Ide-  
nim accipiendum est, quoties vel necessitas  
postulat, vel Episcopus aliis negotiis implicatus,  
baptizandi facultatem eis impertit, quo-  
modo etiam intelligendus est locus Constitutio-  
tionum Apostolicarum lib. 3. cap. 20. *Nec pres-  
byterum, neque Diaconum iubemus ordinare ex la-  
icis clericos, sed presbyterum tantum docere, offerre,  
baptizare.* Paschasini Epist. ad Leon. Pap. cum  
presbyter, secundum morem, baptizandi horam re-  
quireret; Palladij in vit. S. Ioan. Chrysostr. *Ioan-  
nis nempe presbyteri, quibus Dei aderat timor, in pu-  
blico lauacro, quod Constantianum appellatur, cum  
Etiis populis, vigilas incoharunt, partim diuina  
eloquia legentes, partim eos, qui instructi erant in  
fide, baptizantes, ut est moris, in Pascha.* Concilij  
Meldensis cap. 48. *nemo presbyterorum baptizare  
presumat, nisi in vicis, & Ecclesijs baptismalibus,  
atque temporibus constitutis: & demum quicum-  
que alij aut baptismi a presbyteris ministrati,  
aut facultatis ministrandi eis concessæ memi-  
nerunt.* Sicut patet ex Tertulliani loco supra  
allato: *non tamen sine Episcopi auctoritate.* Quod  
si alia loca supersunt, quibus hæc explicatio  
conuenire non possit; aliam commodiorem  
adiiciam, ut de baptismo extra Pascha, &

Pentecostem collato intelligantur : cum nos solummodo Paschatis, & Pentecostes baptismum ad Episcopos pertinuisse, existimus. Vere tamen fatendum est, ex quo certa baptismi tempora cessarunt, & Episcopis aucta onera, singulisque oppidis certi presbyteri, ac sacerdotes assignati fuerunt, totum id negotium ad presbyteros deuolutum esse. Cuius rei testimonia notiora sunt ex multorum libris, quam ut à nobis commemorentur. Cum autem presbyteros dico, omnes monachos excipi, placet, quod illis baptizare semper vetitum fuerit, quemadmodum in decretis Eugenij IV. cauetur apud Gratian. in cap. placuit 2. 16. quæst. 1. placuit, inquit, cõmuni nostro consilio, ut nullus monachorum de monasterio exire, nefandissimo ausu presumat, neque pœnitentiam dare, neque filium de baptismo accipere, neque baptizare. Cuius rei causam si quis curiosius inuestigare velit, eam fuisse reperiet, quod monachi olim in clericorum ordinem relati non erant. De quo nos aibi fortasse latius, ne hic prolixiores simus.

Presbyteri  
quãdo ba-  
ptizare cœ-  
perunt.

Monachis  
baptizare  
olim veti-  
tum erat.

Monachi  
olim inter  
clericos nõ  
numera-  
bantur.

Ministri vestes, atque habitus ostenduntur; ibique breuiter de ieiunij baptismo pramittendi, & ad orientem solem spectandi consuetudine.

## CAP. XXVIII.

**M**inistri autem habitus, seu vestes, quae in baptismo solenniori adhibeantur, cum à Theodoro lib. 2. histor. Eccles. cap. 2. indicatae sunt; vbi ait: *cū laudatissimus Rex Constantinus in honorem Hierosolymitanae Ecclesiae delisset Macario Episcopo in Vrbe illa Vestem sacram induit ministerio sacri baptismatis fungeretur (haec fuerit preciosa, contexta auro) Vendidisse illam Cyrillum memorabant; tūc à Beroldo diligenter explicata: quas hic subiicere, animus est nunc (inquit de Sabb. sanct.) Magister scholarum praecedit cum pueris suis cantando antiphonam, quae ad regias baptismalis Ecclesiae, & ibi extra Ecclesiam Archiepiscopus exiit stolam, & planetam, & induit se paludamento baptismali, & praecingit se manutergio cum cingulo, nexu veniente in sinistro latere in similitudinem ensis, & similiter nexum sandaliorum facit iuxta calcaneum in similitudinem calcarium, habens mitram in capite, vestes datur, quod sit rex, & pontifex, & sic incedit ad fontes, &c. Poterit autem ex his lector colligere, cum omne vestimētorum genus ex iis fuerit, quibus Episcopi solennibus sacris operantur vtuntur, tum sigillatim quamquam essent quibus ego alia addere supersedeo, contentum*

iis, quę ab Authore scripta sunt. Tria tamen admonere non desinam, primum est, ea, quę de stola, extra Ecclesiam deposita, dicta sunt, ad illam consuetudinem pertinere, qua nostri sacerdotes, stolam violaceam exuentes, albi coloris aliam induunt. quod quando in Ecclesiam inuectum fuerit, propter testimoniorum inopiam, affirmare non possum. Alterum ministri vestes albi coloris fuisse; de quo apud Ordinem Romanum cap. de sabb. sanc. legimus: *deinde presbyteri ingrediuntur in fontem intro in aquam, & baptizantur primo masculi, deinde femine.* Tertium, easdem vestes cingulo adstrictas esse; quod declarant non modo Beroldi verba, *præcingit se manu tergio cum cingulo,* sed etiam aliquot de Bebiano versus apud Barnabam Brissonium ad L. Dominico de spectacul. quorum incertus est author:

*Credidit oranti, & sitientem flumina vita*

*Præcinctus puro perfudit Episcopus amni.*

Sed, priusquam a ministro discedamus, necessario adiiciendum est, eum, nascentis, & ad ultæ iam Ecclesię temporibus ieiunium extitisse. quod etsi in dubium vocari non potest, (baptismi enim dignitas, & superiorum temporum religio ita postulare videbatur) tamen, ut fidę mea oratio inueniat. auctoritates quoque, cur hoc ita sit, afferendas puto. hæc quidem ex Conciliis duobus grauissimis, sanctissimisque petuntur, Parisiensi, & Meldensi, quorum alterum lib. 1. cap. 33. vehementer eos arguit, qui cibo, & potione, fame, sitiq; depulsa fideles ad spiritualē luctam inungebāt atq; vt

Vestes erāt  
albæ.

Vestes cingulo ad-  
stringeban-  
tur.

Minister  
baptismi  
ieiunium.

Conciliorū  
Parisiensis,  
& Meldensis  
auctoritas.

eam consuetudinem facilius aboleret, eorum qui baptismalia sacra impertiebant, exemplum ante oculos proponit his verbis: *Sed enim baptismus, excepta praemissa causa infirmorum, non nisi à ieiuniis celebratur sacerdotibus, etiam traditio spiritus sancti, excepta praemissa causa infirmorum, non nisi à ieiuniis celebranda est ritefiscibus, alterum vero etiam simili argumen-*

Confirmat  
onis mi-  
nister ic-  
iunus.

vsus est; quemadmodum ex eius verbis, quae extant apud Gratianum de consecrat. dist. intelligere possumus: *Episcopi, inquit, non ieiuni per impositionem manuum spiritum sanctum tradant, exceptis infirmis, & morte periclitantibus sicut autem duobus temporibus, Pascha videlicet & Pentecoste, à ieiuniis celebrari debet baptismus ita etiam traditionem spiritus sancti à ieiuniis Presbiteribus conuenit celebrari. Nec vero quicquam huic afferri potest, quamobrem ea, quae eius veritati minus conueniant, nisi quod difficultas videtur, hominem, cum, hora nona baptismum celebrare, mos esset, tandiu à cibo*

Baptismus  
hora nona  
celebraba-  
tur.  
\* Cap. 14.

abstinere verum huic facile responsum est: *his, quae infra libro quarto dicuntur; cum à ieiunio eorum, qui ad baptismi fontem accedere debant, disputabimus. nam, si infantes in diem tolerare valuerunt, multo magis ministerium adultum potuisse, credendum est. Cum igitur aliqua loca occurrunt, quae Episcopos, vel alium, capto cibo, baptismi sacramentum administrasse, testentur: ea de mortis periculo, vel grauiori necessitate interpretabere: sicut Concilia Parisiense & Mediciense mox allata docuerunt. nam dubium*

non est, quin olim, propter salutem eorum, qui graui morbo affecti, exigua in spe animã traherant, à quocunque etiã non ieiunio baptisimus celebrari potuerit. Sicut postmodum eadem die causa factum est, vt ieiunium in ministro nunquam requireretur: ne nimirum homini ad salutem quicquam deesset: præsertim cum paruulorum baptisimus in frequenti vsu esse inciperet: qui veteris consuetudinis abolendã causa, & initium fuit. Non præteribo etiã admonere, moris fuisse apud veteres, vt minister ad Orientẽ solem spectaret, quod à Beroldo quidem aperte traditum est in caremon. Ms. de sabb. sanc. vbi inquit: statim Archiepiscopus vadit ad alteram partem fontium, id est, ad Orientem, & duo Cardinales, id est, minor presbyter, & minor diaconus intrant fontes, &c. multisque huius generis ritibus confirmari potest, sicut cum, baptisteria versus eandem regionem ædificata, & sacram fidei professionem editam esse, suo loco & dicemus, & diximus.

baptisimus necessitatis tempore à ministro nõ ieiunio ministratus ieiunium in ministro cur, & quãdo requiri desierit Minister ad Orientem solem spectabat. Canonici Ordinarij olim Cardinales appellatur.

*De susceptorum nominibus, origine, ac usu.*

CAP. XXX.

**Q**ui è sacro fonte baptisimi candidatos suscipiunt, eos veteres Patres multis nominibus vocauerunt. S. Augustinus serm. 116. de temp. & Concilium I. Moguntinum *compadres* appellarunt, quasi simul patres: quo modo

M

Patres spiri-  
ritu les.  
Patrini.

idem Augustinus ibidem competentes, con-  
dentes, & concurrentes vocat eos, qui im-  
petunt, sedent, & currunt. In vita S. Rich-  
dis Martianensis per Hugbaldum Monachum  
Elnonensem, ad Stephanum Episcopum Ger-  
meracensem scripta *patres spirituales* nomina-  
tur: & vulgò *patrini* nomen inuenere, pater  
quia mystico partu conceptos, & factos ad nou-  
am vitam offerunt, & ipsius spiritualis generis  
quodammodo adiutores sunt. Nec verò illud  
inuentum nuper, ac nouum, sed ab antiquis  
Patribus sapissime usurpatum, Hygino cano-  
In catechis. de cōsecrat. dist. 4. Nicæna Synod.  
can. 21. Alb. Flacco lib. de Diuin. Offic. cap. 19.  
de Sabb. sanc. Pasch. & cap. 21. de sabbato  
Alb. Concilio Arelatensi cap. 19. Vualfrido  
Strabone lib. de reb. Eccles. cap. 26. Iuone Car-  
notensi serm. de sacram. Neophyt. & Concilio  
Tridentino sess. 23. can. 2. Græcè à S. Dionysio  
Areopagita cap. de bapt. & Elia Cretensi lib.  
iur. Oriental. *ἀναδόχοι* vocabulum sortiti  
sunt. Tertullianus libro de bapt. cap. 18. &  
Albinus Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. 21. de  
sabb. in Alb. *sponsores* à spondendo nomina-  
runt. Ioannes Chrysostomus in psalm. 4. Au-  
gustinus serm. 116. 163. & 215. Iacobus Diaconus  
de vit. S. Pelag. Concilium Arelatense  
cap. 19. & Iuo Carnotensis serm. de sacram.  
Neophyt. *fideiussores*: Concilium Parisiense lib.  
1. cap. 54. & Amalarius Fortunatus lib. 1. de  
Eccles. Offic. cap. 29. & 38. *patronos*; Tertul-  
lianus lib. de bapt. cap. 18. *fideiuctores*; Augu-  
stinus Epist. 23. *fideductores*: Ioannes Chryso-

ἀναδο-  
χοι.

sponsores.

Thomas in Psalm. 14. & Gregorius Magnus lib.

4. Dialog. cap. 32. *susceptores*: Ordo baptismi se-

tundum in usum Aethiopum *vades*: Simeon Me-

taphrales de vit. S. Epiphaniij Constantiæ E-

piscopi *patres*, Isidorus lib. 2. de Eccles. Offic.

cap. 20. *gestantes*: demum Iustinus Martyr quæst.

56. ad Orthod. & Augustinus Epist. 23. *offeren-*

*tes*. Super quibus omnibus, quænam illorum

origo fuerit, varia tradita sunt à scriptoribus.

Vualfridus Strabo, cum usum abluendi infan-

tes à primæua Ecclesia auferat, *susceptorum*

etiam originem post S. Augustini tempora ag-

noscit lib. de reb. Eccles. cap. 26. cum inquit:

*notandum deinde, primis temporibus, illis salummo-*

*do baptismi gratiam dari solitam, qui & corporis,*

*& mentis integritate iam ad id peruenerant, ut*

*scire, & intelligere possent, quid emolumenti in bap-*

*tismo consequendum, quid confidendum, atque cre-*

*dendum, quid postremo renatis in Christo esset ser-*

*uandum, refert siquidem venerabilis Pater August.*

*de se ipso in libris confess. suarum, quod pene usque*

*ad 25. annorum ætatem catechumenus perdurauit:*

*& ea videlicet intentione, ut, per hanc tempo-*

*ris moram de singulis edoculus, ad eligendum quodli-*

*bet libero duceretur arbitrio, & deferuescentibus lu-*

*brica ætatis incendijs, melius, quo sequendum erat,*

*seruare potuisset. sed, augescente diuina religionis di-*

*ligentia, intelligentes Christiani dogmatis amatores,*

*peccatum Adæ originale non solum eos tenere obno-*

*xijs, qui suis operibus prauaricationem auxerunt,*

*sed etiam eos, qui sine suis commissis, &c. hoc er-*

*go scientes sana fidei sectatores, ne perirent paruuli,*

*si sine remedio regenerationis gratia defungerentur.*

M ij

Fideiuffo-  
res.

Patroni.

Fideidui-

ctores.

Fidedi-

ctores.

Suscepto-

res.

Vades.

Gestantes.

Offeretes.

Origo sus-

ceptorum

in baptil-

mo.

statuerunt, eos baptizari in remissionem peccatorum  
 &c. ex hac igitur occasione inuentum est, ut patrum  
 matris adhibeantur. susceptum paruulos de laqueo  
 ut pro eis respondeant omnia, quae ipsi per aetate  
 firmitatem confiteri non possunt. Alij (vt Polydorus  
 Virgilius lib. 4. de inuent. rer. cap. 4. & Glossa  
 in vitam Hygini à Damaso scriptam) putant  
 ab Hygino Papa institutos fuisse. Quorum  
 de hac re verba lector apud ipsos locis citatis  
 videre poterit. Sed vtraque sententia quam  
 manifesto falsa sit, grauiissima scriptorum me-  
 numenta declarant. Etenim Author Confir-  
 mation. Apostolicar. lib. 3. cap. 16. cum baptizandi  
 caeremonias doceret, suscipiendi moris mem-  
 nit his verbis: *tu Episcopus, vel tibi subiectus pro-*  
*byter, sacram super ipsos dicens, ac nominans invec-*  
*tionem Patris, & Filij, & Spiritus sancti, bap-*  
*tizabis eos in aqua: ac virum suscipiat Diaconum,*  
*mulierem Diaconissa, vt, decore traditio infrangibilis*  
*sigilli administratur.* Et S. Dionysius Areo-  
 pagita, qui Hygino Pontifice saltem quadragin-  
 ta annis, & Augustino trecentis superior fuit,  
 lib. de Eccles. Hierarch. cap. de bapt. postea-  
 quam modum, quo baptizandus a susceptore  
 ad Episcopum ducitur, explicauit, de eodem  
 susceptore hæc habet: *tum ei exponit rationem*  
*perfectam, qua ad Deum accedendum est, explanata*  
*que eidem diuina vita, & vt ita dicam, conuersa-*  
*tionem, ex eo præterea querit, num ita insituat iuuen-*  
*cum promissit, manum eius capiti admouet, signoque*  
*edito, sacerdotibus imperat, vt viri, atque sponsi*  
*nomina pefcribant.* Et infra: non modo eiusdem  
 susceptoris mentionem facit: sed & pleraque

eius munera recenset : quæ subsequenter  
verbis explicantur : *virum ad se portari iubet, cū-  
que sacerdos aliquis ex tabula professionis & eum,  
& sponsorem citat; hic quidem ad aquam à sacerdo-  
tibus ducitur, ad Hierarchæ manum ab eis manudu-  
ctus.* &c. Rursus cap. 7. susceptoris conditionē,  
quibus eum moribus, ac disciplina præditum  
esse oporteat, ita significat : *naturales oblato  
pueri parentes puerū vni ex fidelibus tradant, præ-  
claro diuinariū rerum magistro, sub quo iam puer sit,  
quasi sub patre diuino, sanctæque salutis alūno.* Non  
enim aliū baptizati magister, vel alumnus intel-  
ligi potest, quā susceptor : ad quem diuinis  
mysterijs erudire, pertinebat. Simile est illud S.  
Iustini Martyris quæ. 56. ad Orthod. Vbi de  
parvulorum baptismo, *digni, inquit, fiunt quæri  
baptismi commodis fide eorum, qui illos ad baptismū  
offerunt.* Tertullianus etiā lib. de bapt. cap. 18.  
sponsoris fidem in eandem sententiā explicat,  
dicens : *quid enim necesse est, si non tam necesse est,  
sponsores etiam periculo vrgeri? qui & ipsi per mor-  
talitatem destituere promissiones suas possunt, & pro-  
uentu male indolis falli.* Atque hinc est, quod  
S. Basilius Epist. 128. ad Postumian. eum lau-  
dibus efferens, quia professionem Christia-  
nam, in sacro lauacro editam, vita, & mori-  
bus egregie sustineret : optat eum è baptisimi  
fonte suscepisse : cum ait : *primo baptisimate ini-  
tiatus es ad pietatem : utinam te è sacro fonte, le-  
uassens. Recordor enim verborum tuorum, quæ,  
quod mirum est, adhuc insonant auribus meis,* &c.  
S. verò Augustinus etli obscure, tamen eius-  
dem rei meminit Epist. 23. ad Bonifac. Coe-

piscop. dum sponsorum, Ecclesiæque fidei  
 qua infantes baptizantur, hoc modo edisser  
 offeruntur quippe paruuli ad percipiendam spiri  
 lem gratiam non tam ab eis, quorum gestantur man  
 bus, quam a suis & ab ipsis, si & ipsi boni fideles  
 quam ab vniuersa societate sanctorum, atque  
 lium. Et paulò post alterius opinionem referunt  
 dicentis, quemadmodum parentes lethali  
 culpæ causam originis vitio, nobis afferunt,  
 sic eorundem fide pueros baptismi munus ad  
 pisci, necesse esse, nec aliunde referandi  
 gumenta desumit, nisi quod plures ab extraneis,  
 quam à parentibus in baptismo suscipi  
 contingat: sic enim, ait, scribens dicit, ut, si  
 parentes fuerint auctores ad eorum pœnam, per  
 dem parentum identidem iustificentur: cum  
 multos non offerri à parentibus, sed etiam à quibus  
 liber extraneis, sicut à dominis serui aliquando offer  
 runtur. Accedit illustre Epiphaniij Constanti  
 Episcopi exemplum, qui cum fonte baptis  
 mali muniendus esset, à Luciano presbitero  
 susceptus est, ut testatur Simeon Metaphra  
 stes: in vita eius scribens: cum ergo starent, &  
 diuinas audirent scripturas, aduertit Episcopus,  
 ut in throno sedebat, glorificatum esse vultum  
 phani, & coronam esse eius capiti impressam.  
 absolutum itaque Euangelium, ingressus est  
 piscopus in baptisterium, & iussit, Epiphaniam  
 ingredi, & eius sororem, & cum ipsis Luca  
 num, qui etiam fuit pater eius in sancto baptismo.  
 Nec prætereundum hoc loco Albini Flaccit  
 stimonium l. de Diuin. Offic. c. 19. de Sabb  
 S. Pasch. Nam tractans de modo recitandi

precationem Dominicam, & duodecim fidei capita, inquit: tunc, qui possunt, reddunt Orationem Dominicam, & Symbolam, siue patrini propriis, atque matris eorum, qui eos suscepturi sunt. Quod a Concilij Parisiensis Patribus reperitum legimus lib. 1. cap. 14. vbi susceptoris officio frangi, ijs, qui publicæ pœnitentiæ addicti sunt, ita prohibent: illos tamen in hoc capitulo specialiter ab his officijs remouendos iudicamus, qui, propter reatum suum, publica pœnitentia sunt mulctati: videlicet vt nec alios de sacri fontis baptismo suscipiant, nec etiam ad percipiendum sancti Spiritus donum, aliorum patroni coram Pontificibus existant: donec, per dignam pœnitentiæ satisfactionem, reconciliationem mereantur. Et si plura veterum testimonia, quis desideret; facile erit, rerum diuinarum scriptores, qui de nominibus eorum supra allati sunt, & toto hoc capite sparsim afferentur, adijcere. Quorum plerique cum non longo intervallo ab Apostolis disiuncti sint, necessaria consecutione colligimus, susceptorum vsus ab ipsis Apóstolis incepisse. Quod vt certius, ac firmiter credam, ipsa quæ ratio persuadet. Nam, cum ab incunabilis nascentis Ecclesiæ Christi fidem in baptismo profiteri, maloque Damoni, ac pompis eius nuncium remittere, etiam infantibus receptissimum fuerit: necesse est, ex eo tempore fuisse aliquos, qui, quod pueris per ætatem non licebat, sua diligentia, & opera præstaret. At hi, quocumque tandem nomine, appelles non nisi susceptores fuerunt. S. verò Augustini exemplū, quod ad suam sententiam confirmandam.

Suscepto-  
rū vsus ab  
Apost. lis  
inceptus,

Vualfridus Strabo adduxit, solum probat, eum  
inter rudimenta fidei Christianæ diu fuisse.

Quod nec causam eius subleuat, nec officii  
meæ. Sunt etiam, qui negent, susceptorem

Suscepto-  
res quidam  
negauerūt  
a. de Ana  
bapt. st. s.

vsū in veteri Ecclesia vllum fuisse: qui et  
apertè mentiuntur, vt sunt reprehensia<sup>2</sup> Bul-

lingero: &, vt mihi videtur, in idipsum se in-

duerunt, quod timebant, cum enim ita dice-

rent, frustra susceptores in baptismo adhiberi  
vt tamen, contrarium ab Ecclesia Principibus

statutum iri, existimarent: non minus Pontifi-

ficibus, quam alijs in Concilio congregatis  
susceptorum consuetudinem stabilire, ac

confirmare visum est, quorum decreta effe-

rent, vt de eius antiquitate, & vsu amplius  
dubitare non liceat. Maiorem difficultatem

Susceptorū  
m. s. v. l. e.  
in Ecclesia  
profectus  
fuerit.

habet ea quæstio, vnde in Ecclesiam suscep-

torum mos profectus fuerit. Cui ego sic oc-

curro, vt ab illo Euangelij, *Et adduxit eum ad*

*Iesum*, ad nos manasse, existimem. Testimo-

nio est Ludolphi Saxonis Carthusiani locus  
lib. i. vit. Christ. cap. 24. *Et adduxit eum ad Ie-*

*sum: ex hoc accepit Ecclesia, quod in sacramento ba-*

*ptismi, & Confirmationis vtitur adducentibus,*

*qui presentent suscipientes sacramentum, qui Pa-*

*trini solent vocari. Quæ verba adeo manifesta*

*sunt, vt alijs testimonijs confirmare, opus non*

*sit.*

*Susceptores in baptismo quare instituti: ipsi tam adultos, quam infantes usus fuisse.*

## CAP. XXXI.

Quod autem ad causam attinet, multæ à sacris scriptoribus afferri solent: quæ ad duas commodè referuntur: vel ut commissos suæ fidei, & prudentiæ ad Christianæ religionis præcepta, & omnem pietatis rationem instituerent, vel ut tanquam testes interessent, ne baptismi sacra forent iteranda: quod per Pontificum, & Conciliorum placita fieri non licebat. Ex quibus facile intelligimus, quodnam hominum genus susceptoribus uti soleat, nimirum omnes, quibus initia Christianæ Legis exponere, & vnicum baptismum tradere oportebat. Quocirca, præter infantes, quibus, omnium consensu, susceptore opus erat, adultos quoque compatribus usus fuisset, vix est, ut negem. Nam, quod Vualfridus Strabo lib. de reb. Eccles. cap. 26. existimauit, occasione baptismi paruulorum compatries institutos fuisse, haud scio quantum fide dignum sit. Ex veterum enim Annalibus, reliquisque rerum sacrarum monumentis in planè compertum est, adultis in baptismo susceptores affuisse. Quod sexcentis testimonijs, si opus sit, me docere paratum esse, profiteor. Aliquot proferam, ne Vualfridi autoritas quempiam inducat. S. Dionysius Areopagita lib. de Eccles.

Canse, eys  
susceptores  
in baptis-  
mo adhi-  
beantur.

4 Polyd.  
Virg. lib. 4.  
de inuent.  
rer. cap. 4.

Suscepto-  
res adhibe-  
buntur in  
baptismo  
infantum,  
& ad alto-  
rum.

Hierarch. cap. de bapt. qui antem, inquit, lo-  
rum, quæ vere cælestia sunt, particeps fieri cupit,  
cum ad aliquem horum, qui initiati sunt, adijt, suadet  
ille, ut rectè ad sacerdotem ducat, ipse autem,  
omnino ea, quæ tradentur, sequitur esse, pollicetur:  
petitque ut ad eum adducatur, & vitæ omnium  
quam deinde ager, curam suscipiat. En baptis-  
candidatus susceptorem precatur, ut se com-  
tem, ac ducem conueniendi Episcopi præbeat.  
At quomodo adire, precari, ac suadere potuit  
nisi adultus? Et infra, baptizantis quæstione  
ad eum, qui baptismi sacra suscepturus est, ex-  
plicans: ex eo præterea querit, num ita instituat  
usere: cum promissit, manum eius capiti admouet: spon-  
sore edito, sacerdotibus imperat, ut viri, atque spon-  
soris nomina præscribant. Vides, ut, susceptorem  
viro attributum esse, meminerit: à qua appella-  
tione, omnium iudicio, paruuli amouentur,  
propterea Dionysius Græce, τὸν ἀνδρα, dixit,  
quod verbum adulta ætate hominem signifi-  
cat. Paulò post etiam: virum ad se porrari iubet:  
cumque sacerdos aliquis ex tabula professus  
& eum, & sponsorem citat, hic quidem ad aquam  
à sacerdotibus ducitur, ad Hierarchæ manum ab eo  
manuductus. Vbi notandum, præter repeti-  
tum viri nomen, etiam baptizandos ad Episcopum  
à sacerdote manuductos esse: cum tam-  
men infantes potius afferendi, quàm ducenti  
fuisse. Multa præterea sunt ibidem, quæ,  
Dionysium de adultis loqui, ostendant: ut  
manus ad Occidentem solem tendere, caco-  
dæmoni nuncium remittere, Christo nomen  
profiteri, & similia. Quæ cum optimè intel-

figerent Nicæna Synodi Patres, etsi aliud a-  
gentes, tamen hoc ipsum innuere voluerunt  
cap. 22. apud Turri. cum statuunt: *viri non  
teneant baptismo puellas, aut mulieres: neque mu-  
lieres teneant masculos, sed potius mulieres te-  
neant puellas, & viri teneant masculos.* Quid  
enim opus fuisset, puellas à mulieribus di-  
stinguere, nisi susceptrices vtriusque dari soli-  
te essent? S. autem Basilius Epist. 128. ad  
Posthuvian. vehementer expetit, illius se sus-  
ceptorem præstitisse, eò quòd solennem fi-  
dei professionem ingenti cum dolore, &  
spiritus vehementia in sacro lauacro edide-  
rit: seque vita, & moribus talem præberet:  
qualem ipsa Christiani nominis professio pol-  
licetur. Ex quo apparet, Posthuvianum,  
cum baptismo initiatus est, natu grandio-  
rem fuisse, & consequenti euidencia, suscep-  
tores in baptismo adultis esse datos. Sed S.  
Basilij verba audiamus: *primò baptismo initia-  
tus es ad pietatem: utinam te è sacro fonte leua-  
sem. Recordor enim verborum tuorum, quæ, quòd  
mirum est, adhuc insonant auribus meis, &c.* Quòd si  
cui testimonium hoc Basilij fortè non satisfa-  
cit, veniet in mētem Paulus Diaconus, qui lib.  
4. de gest. Longobard. cap. 17. Reginam Per-  
sarum a Cæsare susceptam fuisse, tradit in hunc  
modum: *Regina Persarum priuato habitu, propter  
Christiane fidei amorem, Constantinopolim venit:  
ihique ab Imperatore honorificè suscepta, post aliquos  
dies, ut desiderabat, baptismum consecuta, & ab  
Augusto de fonte leuata est. Nec dissimile exem-  
plum videre est apud Victorem Vticensem lib.*

Nicæna  
Synodus  
explicata;

de persecut. Vandal. vbi Elpidiphorus, epi-  
gius omnium scelerum artifex, posteaquam  
baptismatis fonte susceptus est, ad hæreticorum  
castra confugit: quod argumento e-  
grandiori ætate fuisse. Verba igitur Victor  
hæc sunt: fuit quidam, Elpidiphorus nomine,  
fuerat apud nos in Ecclesia Faustii baptizatus, qui  
venerabilis Murica Diaconus de aluo fonte sus-  
perat. Post verò, dum apostataret, tante extir-  
pationis aduersus Ecclesiam Dei, ut superior omnium  
executor persecutionis fuisset inuentus.

*Susceptores marium mares, & fœminarum fœ-  
minas extirpasse; rursus quando viri mulieres, &  
mulieres viros suscipere incæperint.*

## CAP. XXXII.

*Cur viro  
mulierem,  
& contrà  
mulieri vi-  
ro, & mulierem mulieri susceptoris partes ex-  
hibuisse, reperies. De eo enim ita statuit Au-  
thor Constitution. Apostolicar. lb. 3. cap. 16.  
Sacram super ipsos dicens, ac nominans inuocatio-  
nem Patris, & Filij, & Spiritus sancti, baptizet  
eos in aqua: ac virum suscipiat Diaconus, mulierem  
Diaconissa, ut decore traditio infrangibilis sigilli ad-  
ministretur. Cui præceptioni cum omnes, sicut  
par erat, obtemperauerint: eiusmodi etiam  
exemplis veterum monumenta abundant. E-  
quibus illud hoc loco proponam, quod vita*

**C**Aeterùm mares à fœminis, & fœminas  
à maribus in baptismo suscipi, honestatis  
causa, vetitum erat. Quare olim virum vi-  
ro, & mulierem mulieri susceptoris partes ex-  
hibuisse, reperies. De eo enim ita statuit Au-  
thor Constitution. Apostolicar. lb. 3. cap. 16.  
Sacram super ipsos dicens, ac nominans inuocatio-  
nem Patris, & Filij, & Spiritus sancti, baptizet  
eos in aqua: ac virum suscipiat Diaconus, mulierem  
Diaconissa, ut decore traditio infrangibilis sigilli ad-  
ministretur. Cui præceptioni cum omnes, sicut  
par erat, obtemperauerint: eiusmodi etiam  
exemplis veterum monumenta abundant. E-  
quibus illud hoc loco proponam, quod vita

S. Sebastiani, ex antiquis manuscriptis codicibus excerpta, mihi suppeditat; in qua legimus, ex magna hominum multitudine, quam S. Polycarpus aquis lustralibus admouit, mares quidem à S. Sebastiano, fœminas verò à Beatrice, & Lucina de baptismi fonte susceptas fuisse: Igitur (verba vitæ sunt) omnes isti, simul anima sexaginta quatuor, à sancto Polycarpo presbytero baptizati, & à sancto Sebastiano suscepti sunt. Fœminarum autem matres spirituales factæ sunt Beatrix, & Lucina. cætera lectori ex ipsis scriptoribus eruenda relinquo; tùm ne exemplorum similitudo fastidium pariat: tùm etiam quia frustra exemplorum fides quæritur: ubi Conciliorum, & Patrum testimonia non defunt. Nemo enim Synodum Nicænam perlegens, hac de re dubitabit: cùm can. 22. scriptum sit: *viri non teneant baptismo puellas, aut mulieres teneant masculos, sed potius mulieres teneant puellas, & viri teneant masculos.* Idem etiam Ordinis Romani, & Vualfridi Strabonis verba declarant, cùm ille de die Sabb. S. tunc inquit, *accipit eum, & dicit: ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti. & reddit eum patris, vel matris: hic verò de reb. Eccles. cap. 26. patris, vel matris adhibentur, suscepturi paruulos de lauacro.* Vocem enim patris ad mares, matris autem ad fœminas referri oportere, crediderim. Sed ea erat eius temporis conditio: cùm adultorum baptismus frequens erat: ac nudi sancto lauacro admuebantur. Quibus antiquatis, liberum fuit matri fœminam, & fœmina suscipere. Quemad-

Vita S. Sebast. Ms.

Similitudo fastidium parit.

modum ex Concilio Moguntino colligitur  
 cap. 10. apud Grat. decret. part. 2. causa  
 quæst. 1. cap. 5. cum dicitur: de eo, quod inter  
 fiti, si aliquis filiulam suam in uxorem duxit, &  
 eo, qui cum commatre spiritali concubuit, &  
 eius cum de fonte suscepit, hac causa, ut di  
 coniugij fieret, si postea in tali copulatione  
 permanere: de talibus sic respondendum est. Si  
 lam, vel commatrem suam aliquis in coniugium  
 xerit: separandos esse, iudicamus, & graui pœnitentia  
 plebendos. Si autem coniuges legitimi, unus  
 ambo, ex industria fecerint, ut filium suum de  
 susciperent: si inuupti permanere voluerint, bonu  
 est: si autem, grauis pœnitentia insidiatori inu  
 garur, & simul maneant: & si prauaricator  
 iugij superuixerit, acerrima pœnitentia multetur  
 & sine spe coniugij maneat: & Nicolao Papa  
 pist. ad Salonitan. Episcop. nosse desideras, ut  
 mulier, qua Viri filium, ex alia fœmina genitum  
 de sacro fonte leuauerit, postmodum possit cum eodem  
 viro copulari. Quos ideo iungi posse, decernimus  
 quia secundum sacros canones, nisi amborum consensu,  
 su, nullius religionis obtentu debet coniux dimitti  
 coniugem. Vbi tam Nicolaus, quam Con  
 liij Patres marem à fœmina suscipi posse, videntur  
 indicare: cum frustra ambæ quæstiones  
 propositæ essent, quas ad vsum reuocari non  
 posse, intelligebant. Eius verò generis plura ex  
 veteribus Concilijs argumenta afferri possunt  
 sed illud apertissimum est, quòd apud Syno  
 dum in Trullo legimus, grauisimis pœnis  
 eos animaduerti, qui cum suis susceptricibus  
 viro postea orbatis, connubij fœdere copulantur.

tur. scriptum est enim can. 53. quoniam spiritualis necessitudo, seu affinitas, corporum coniunctione maior est, in nonnullis autem locis cognouimus quosdam, qui ex sancto, & salutaris baptismate infantes suscipiunt, postea quoque cum matribus eorum viduis matrimonium contrahere, statuimus, ut impofterius nihil fiat eiusmodi. Ad quem locum Zonaras ex Antonij Salmatix, viri doctissimi, interpretatione sic inquit: qui commatres olim suas viro postea orbatas in matrimonij societatem acceperunt, ab illarum commercio, eo quod contra leges initum est, fœdere dissoluto seiungi, vtrunque verò coniugem pœnis fornicatorum teneri, canon decernit. Si verò susceptricis, & eius, qui susceptus est, coniugia à Synodi Patribus sublata sunt: quis non inferat, mares à fœminis suscipi licuisse? Verùm ad huius rei confirmationem addi potest Albinij Flacci auctoritas, quæ lib. de Diuin. Offic. cap. 19. de Sabb. sanc. Pasch. habetur. nam, eum doceret, à quibus Dominicam orationem, & fidei Christianæ rudimenta recitari oporteat: maris à fœmina suscepti meminit his verbis: tunc, qui possunt, reddunt orationem Dominicam, & symbolum, siue patrini pro ipsis, atque matrina eorum, qui ipsos suscepturi sunt.

Quibus veritum, licitum uè fuerit, de baptismi fonte suscipere.

## CAP. XXXIII.

**A**mplius scire oportet, non cuius hominū generi sanctæ huius tutelæ administra-

Pœnitenti-  
bus vetitū  
erat de la-  
uacro sus-  
cipere.

Num. 5.

Monachis  
susceptionis  
officio fun-  
gi non lice-  
bat, & qua-  
rē.

tionem commissam fuisse, sed solummodo  
qui eam gerere fideliter possent. Quocirca  
præter Iudæos, infideles, & hæreticos, quibus  
non licebat eam curationem suscipere, pœni-  
tentes imprimis ab hoc munere omnino re-  
mouebantur, vt qui indigni essent, qui cæce-  
ros ad pietatem, virtutumque Christianarum  
disciplinam erudirent. Sic enim habetur lib.  
Concilij Parisiensis cap. 54. *illos tamen in hoc  
titulo specialiter ab his officijs remouendos iudica-  
mus, qui, propter veatum suum, publica pœnitentia  
sunt mulctati videlicet vt nec alios de sacri-  
ficio baptismate suscipiant, nec etiam ad percipi-  
endum sancti spiritus donum, aliorum patronum curam  
Pontificibus existant: donec per dignam pœnitentiam  
satisfactionem, reconciliationem mereantur, nec  
merito: quoniam quos & lex Diuina à castris mili-  
taribus, ne ruina sint populi, & authoritas canoni-  
ca ab Ecclesiarum sequestrantur: minibus: multo ma-  
gis à memoratis peragendis officijs, vsque ad tempus  
pœnitentiæ peractum, dignamque perceptam rec-  
conciliationem, huiusmodi (vt iam dictum est) meriti  
sunt excludendi. Monachis quoque è lauacro  
suscipere, vetitum erat: vt ex eo magis appa-  
reret, quantum illos à negotijs secularibus se-  
gregatos esse, oporteat. Quod cum multa ve-  
terum Patrum, & Conciliorum decreta con-  
firmarunt: tum verò à sacra Antisiodorensi  
Synodo aperte præceptum est cap. 20. in his  
verba: non licet abbati, filios de baptismo suscipere,  
nec monachis commatres habere: & Eugenio 4.º  
cap. placuit 2. 16. quæst. 1. placuit communi negotio  
consilio, vt nullus monachorum de monasterio exire,  
nefandissimi*

nefandissimo ausu presumat, neque poenitentiam dare, neque filium de baptismo accipere, neque baptizare. Alia tamen ratio huius interdicti à Ioanne Iacobo Ecclesie Salisburgensis Archiepiscopo innuitur in Manuali Parochorum, & aliorum curam animarum habentium de sacramen. baptis. cap. 4. quam meis scriptis inferi, non est eius pudoris, quem profiteor. Non ita vero de presbyteris, & clericis sentire oportet: quos susceptoris officio functos fuisse, ex Vitatore Vticensi compertum est lib. 3. de persecut. Vandal. cum inquit: *suit quidam, Elpidiphorus nomine, qui dudum fuerat apud nos in Ecclesia Fausti baptizatus, quem venerabilis Muritta Diaconus de aluo fontis susceperat.* Eandem quoque sententiam confirmat Vita S. Susannae Virginis autoritas, in qua Gabinius presbyter Alexandrum, & Cuthiam de baptismi lauacro suscepit: ut verba eius demonstrant: eadem hora Beatus Caius Episcopus linuit eum chrismate, baptizauitque eius uxorem Præpedigam, & filios Alexandrum, & Cuthiam: quos Gabinius presbyter à baptismo suscepit. Gregorius vero Turonensis lib. 6. histor. Franc. cum Theodorici baptismum narraret, eum à Ragnemodo urbis Episcopo de fonte susceptum fuisse, tradit in hunc modum: *filiumque suum baptismo tradidit, quem Ragnemodus ipsius urbis sacerdos de lauacro sancto suscepit, ipsumque Theodoricum vocitari præcepit.* Quid illa tandem? num leuiora censes, quæ declarant, ad Canonicos ædis principis olim pertinuisse, tribus pueris, qui à Mediolanensi Antistite Paschatis peruigilio

Secunda causa susceptorum munere monachis interdicendi. Presbyteris, & clericis licebat de lauacro suscipere.

Tres pueri, quos Archiepiscopus baptizauit, in Paschate, olim suscipiebantur à Canonicis Ordinarijs.

Canonici  
O dicitur  
olim dicti  
cardinales  
a de sabba  
fauc.

Presbyteris  
de fonte  
suscipere  
veritum est  
Mediolani.  
Parentes  
filios in  
baptismo  
suscipiebāt

baptizabantur, susceptorum partes esse  
bere. Nam Beroldus, qui suorum tempo-  
rum ritus in volumen redegit, sub Cardo-  
nialibus, qui sunt in fontibus, & ipsis Cardo-  
libustenantibus pueros, Archiepiscopus interro-  
gavit eos: quid venistis facere? Resp. venimus baptizari  
quod est nomen illius? &c. Nihil opus est ex-  
plicis hoc facere longius: est enim perspicuum  
suscipiendi facultatem presbyteris diu concessam  
fuisse: donec plurimis, gravissimisque  
causis, quae nos plerunque latent, Sanctus Cae-  
rolus in dioecesi sua illam ademit, quod factum  
est Synod. dioec. 2. decret. 17. Porro, cum  
amicis, & familiaribus suscipiendi cura  
demandata fuerit; tamen plerunque ipsos  
rentes id muneris obivisse, comperio. Sic  
videor ex Urbano II. colligere can. quodam  
30. quaest. 4. ubi ille non nisi una cum matre  
mulieres suscipere prohibuit: quod autem  
quit, Vxor cum marito in baptismo simul  
debeat suscipere puerum, nulla auctoritate reperitur  
prohibitum; sed, ut puritas spiritualis paternitatis  
omni labe, & infamia conseruetur immunis, dignum  
esse decernimus, utrique simul ad hoc aspirare  
nime presumant. Ex oppositis vero licet argu-  
mentari, viro sine vxore, & vxori sine  
filium à laicis suscipere licitum fuisse. S. etiam

Augustinus idem multo ante tradidit lib. 6.  
Hypognotic. ubi ad paruulorum baptismum  
alludens, eos parentū manibus ad baptismum  
deferri, docet his verbis: *novimus etiam paruulos*  
*quibus usus liberi arbitrii non est, ut de bonis, aut*  
*malis eorum meritis iudicemus, parentum manibus*  
*ad gratiam sancti baptismatis deportatos, nihil autē*  
*aliud fuisse puto, manibus deferri, quā de fon-*  
*te suscipi; quod præcipuum susceptoris munus*  
*erat. Et Epistol. 23. ad Bonifac. Episcop. vehe-*  
*menter admiratur, quid sit, cur, cum puerorū*  
*ætas ad vitia proclivis sit, ut de eorum bonis*  
*moribus, & fide nullam certam spem concipere*  
*possimus: tamen parentes, qui filios e-*  
*baptismi fonte suscipiunt, eos baptismalem fi-*  
*dem præstitutos, & virtutum Christianarum*  
*exercitationi operam daturus, audeant polli-*  
*ceeri, scribit enim: si itaque de moribus eius futu-*  
*ris nihil audes certi promittere, & de eius presenti*  
*cogitatione; quid est illud; quod, quando ad bap-*  
*tismum offeruntur, pro eis parentes tanquam fidei d-*  
*tores respondent & dicunt, illos facere, quod illa ætas*  
*cogitare non potest, aut, si potest, occultum est? in ter-*  
*rogamus enim eos, à quibus offeruntur, & dicimus,*  
*credis in Deum? de illa ætate, quæ, utrum sit Deus,*  
*ignorat, respondent, credit; & ad reliqua sic respō-*  
*detur singula, quæ geruntur: unde miror, parentes in istis*  
*rebus tam sidenter pro paruulo respondere. Et rursus*  
*ibidem clarioribus verbis ostendit, non solum*  
*extraneis, sed etiā parentibus suscipiendi mu-*  
*nus incubuisse: cum ait, sic enim scribens di-*  
*cis, ut, sicut parentes fuerunt authores ad eorum*  
*pœnam, per fidem parentum identidem iustificentur;*

Parentes  
cur filios  
de fonte sus-  
ciperent.

Parentibus  
prohibitu  
est nunc  
filios de fon-  
te suscipere:  
Cur paren-  
tibus veti-  
tum sit fi-  
lios de fonte  
suscipere,

cum videas, multos non offerri à parentibus, sed  
etiam à quibuslibet extraneis, sicut à Domini-  
ciani aliquando offeruntur. Quæ sanè verba  
instituti rationem potissimum fuisse, ostendunt:  
ut, quemadmodum filij per parentem  
mortalis ærumnæ noxam contrahebant, et  
per eandem in aquis lustralibus æternæ salutis  
participes efficerentur. Nunc consuetudo  
penitus abrogata est. Sic enim in Concilio  
Moguntino statuitur. cap. 55. *nullus proprium  
filium, aut filiam de fonte baptismatis suscipiat,  
nec commatrem ducat uxorem, nec filiolum, nec  
filiam, cuius filium, vel filiam ad Confirmationem  
duxerit.* Causam, cur id factum fuerit, apud  
me non reperi, si coniecturis utendum est:  
estimo fuisse, vel ut admonerentur fideles, ut  
spiritualem educationem à carnali longè  
separarent; vel ut mysteriorum fidei Christianæ  
ritibus illa prouincia demandaretur: cum  
parentes in maxima rerum diuinarum igno-  
ratione versari, sæpe contingat.

*Susceptorem solummodo unum in usu fuisse. cogitationem spiritualem ex susceptione contractam solam: & ad quos illa deduceretur.*

## CAP. XXXIV.

**P**lures quoque ne baptizatum de lauacro  
susciperent, sed ut vnus tantum, vel vnus  
veteri consuetudine receptum erat. De q.

Leo Pontifex apud Grat. de consecrat. distinct.  
4. cap. 15. ita statuit: non plures ad suscipiendum  
de baptismo infantem accedant, quam unus, siue vir,  
siue mulier: in Confirmatione quodque id ipsum fiat.

Atque hoc decretum (cum deinceps temporis  
decursu trium susceptorum vsus ad sanctissi-  
ma Triados mysterium indicandum, a Tho-  
ma Vualdensi teste, inoleuisset) rursus Conci-  
lium Metense cap. 12. renouauit his verbis: nul-  
lus suscipiat à fonte infantem, nisi qui apprimè sig-  
naculum, in est, abrenunciationem Diaboli, & pro-  
fessionem catholicae fidei tenuerit: & infantem ne-  
quaquam duo, vel plures, sed unus à fonte bap-  
tismi suscipiat: quia in huiusmodi secta Diabolo  
datum locus: & tanti mysterij reuerentia vilescit.  
Nam unus Deus, unum baptisma, unus, qui à fon-  
te suscipit, debet esse pater, vel mater infantis. Qui-  
bus si quis animum adijciat, non modò vete-  
rem consuetudinem minimè ignorabit: sed &  
eius rei causam facillè intelliget: quæ eò po-  
tissimùm spectabat: vt diuinæ naturæ, & bap-  
tismi unitati, susceptoris singularitas re-  
sponderet. Aliam tamen rationem affecti vi-  
deo cum à Concilio Moguntino vltimo cap. 19.  
dù matrimonij impedimenta ex spirituali cog-  
natione proficiscètia abolere conatur: non rarò  
ex impedimentis cognationum spiritualium diffi-  
cultates, & pericula solent euenire: ad quæ cohibenda  
decernimus, ne cuiquam siue ex sacro fonte leuando,  
siue ad sacram Confirmationem tenendo plures, quam  
vnum patrinum liceat adhibere: tum ex Tridenti-  
no grauissimo, sanctissimoq; cōuentu sess. 24.  
cap. 2. vbi plurimis impedimentis, quæ in nup-

N iij

Trium sus-  
ceptorum  
vlas cur  
inoleuerat.  
a Tom. 3.  
tit. 5 cap.  
45.

Cur plures  
suscepto-  
res adhibe-  
re, vetitum  
esset.

tij legitime contrahendis oriri solebant, occurrit: docet experientia, propter multitudinem prohibitionum, multoties in casibus prohibitis contra matrimonia, in quibus vel non sine magno persequatur, vel ea non sine magno scandalo committuntur, volens itaque sancta Synodus huiusmodi modo providere, & a cognationis spiritualis impimento incipiens, statuit, ut unus tantum sive vir sive mulier, iuxta sacrorum canonum instituta, summum unum, & una baptizatum de baptismo accipiant: inter quos, & baptizatum ipsum, & patrem, ac matrem, necnon iter baptizantum, & baptizatum, baptizati que patrem, ac matrem

Cognatio  
his spiri-  
tualis inter  
baptizatum,  
& suscep-  
torem an-  
tiquitas ab  
Apostolis  
repetitur.

tum spiritualis cognatio contrahatur. Ex his colligitur, susceptionem in baptismo spiritualis affinitatis causam fuisse: cuius originem ad Actuum Pauli ad Rom. 16. Lucius, & Iason, & Sopater cognati mei, inquit: hanc cognationem, vel cognationem arbitror esse ex baptismo contractam. Animaduertendum tamen est, Origenis opinionem absolutam non esse, verum ex probabilis coniectura profectam: sicut eius verbum, arbitror, aperte demonstrat. Quod ad monere volui: ne quis se Origenis sententiam sequi ratus, hanc affinitatem ab Apostolicis temporibus necessario duci oportere, existimet.

Affinitatis  
ex suscep-  
tione in  
baptismo  
mos est  
antiquissi-  
mus.

Quod ipse certo affirmare non aulium quia Apostoli verba plurimi Patres in eandem sententiam explicarunt: tum etiam quod eius affinitatis nulla in Apostolicis Actis, vel Constitutionibus mentio fit. verum summum tamen est, illam & antiquissimam esse

& in Ecclesia catholica continuò retentam: sicut veterum monumenta legentibus perspicuum est. nam Nicæna Synodi Patres cum patrinis, vel matrinis matrimonio copulari, prohibuerunt cap. 21. cum habent: *nemo fidelium cum patre, aut matre spirituali matrimonium contrahat, id est, cum patrinis, & matrinis: & qui hoc commiserit, habeatur tanquam Ethnicus: quousque separentur, & spatio viginti annorum penitentiam sui peccati agat.* Quod etiam à Iustiniano Imperatore vetitum est L. *si quis alumnam*, cap. de nupt. in hæc verba: *ea persona omnimode ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis siue alius sit, siue non, à sacrosancto suscepto baptisate: cum nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, & iustam nuptiarum prohibitionem, quam huiusmodi nexus, per quem, Deo mediante, anima eorum copulata sunt.* Nihil autem aliud excogitare possumus, quam obrem cum susceptore, vel susceptrice connubij fœdere sociari, vetitum fuerit: nisi quòd affinitate cum eis, ac spirituali cognatione deuincimur. Verùm huiusmodi argumenta in sacris scriptoribus innumera reperies. Etenim Deus dedit Põtifex, cum more maiorum, eius sententia rogaretur super cõiugibus, qui filijs suis susceptores se exhibuerant: num rursus matrimonij iure uti possent: iuxta iam ab alijs Pontificibus decreta, sapienter respondit, eos coniugij conuictu, & consuetudine carere, oportere: quemadmodum constat ex Epist. ad Gordian. Hispal. quam refert Gratianus decret. p. 2. causa. 30. quæst. 1. cap. 1. *peruenit ad nos Diaconus vester, sanctitatis*

Matrimo-  
nium inter  
suscepto-  
rem, &  
baptizatã  
contrahi,  
vetitum.

vestra Epistolam deferens, quod quidam viri, & mulieres praeferito sabbato Paschali die, pra magno populorum incursu, nescientes proprios filios suscipi sem ex lauacro sancto. Cupis ergo scire, si pro tali accidenti ratione debeant viri, ac mulieres ad proprium Usum redire, an non. Nos vero magister hac re inquisimus priorum patrum nostrorum dicta. Inuenimus autem in archiuis huius Apostolicae sedis, iam talia contigisse in Ecclesiis Iudaeae, Ephesiorum, simulque, Hierosolyma, aliarumque ciuitatum, Episcopis etiam earum ciuitatum ab hac Apostolica sede volentibus scire, viri, ac mulieres redirent ad proprium torum, beatae memoriae sanctissimi Patres, Iulius, Innocentius, & Caelestinus cum Episcoporum plurimorum, & sacerdotum consensu, in Ecclesia Apostolorum Principis prohibentes talia perscripserunt, & etiam olim confirmarunt, ut nullo modo se in conjugio recipere mulieres, ac viri, quicumque aliqua ratione susciperint natos proprios. Vbi non modo suam opinionem clare confirmat: sed & superiorum Pontificum decreta in medium adducit, quae temporum iniuria perierunt. Ac quidem eorum fragmenta apud Gratianum, & alios inueniri poterunt: sed mihi breuitatem confectanti, Deus dedit auctoritate satisfuerit probauisse. Cuius decreto aliquid simile Synodus Trullensis statuit can. 53. dum susceptrici, & ei, qui suscipitur, matrimonij societate interdicit: quoniam, inquit, spiritualis necessitudo, seu affinitas, corporum conjunctione maior est, in nonnullis autem locis cognouimus quosdam, qui ex sancto, & salutari baptismo infantes suscipiunt, postea quoque

Pontificem  
Romanum  
in reb<sup>9</sup> du-  
bijs consu-  
lendi vetus  
mos.  
Sanctissimi  
titulo  
etiam olim  
pontifices  
appellaba-  
tur.  
Iulij, Inno-  
centij, &  
Caeslini,  
decreta pe-  
rierunt.

quam matribus eorum viduis matrimonium cōtrahere statuimus ut in posterum nihil fiat eiusmodi. Quare Ioannes Zonaras, cum hunc locum explicaret, scortatorum pœnas in canonis violatores adiecit, quod ne parum integra fide à nobis prodi, quis existimet; germanam Anthonij Salmatiz Doctoris Collegij Ambrosiani interpretationem subiecimus: qui commatres olim suas, viro postea orbatas in matrimony societatem accepere, ab illarum commercio, eo quod contra legem initum est, fœdere dissoluto seiungi verumque vero coniugem pœnis scortatorum teneri, canon decernit. Concilium etiam Moguntinum 1. cap. 55. non modo parentibus, filios de baptismo suscipere prohibuit, verum etiam susceptori, ne cum filiola matrimonij, fœdus iniret, manifestè præcepit, sic, inquit, nullus proprium filium, aut filiam de fonte baptis-  
matis suscipiat: nec filiolarum, nec commatrem ducat filium vel uxorem, nec illam, cuius filiam vel filium ad confirmationem duxerit. Et Vualfridus Strabo lib. de reb. Eccles. cap. 26. parentibus cum à filiorum susceptione, tum, si forte susceperint à matrimonij commercio abstinendum esse, docet his verbis: *non autem pater debet, vel mater suam de fonte suscipere prolem, ut sit discretio inter spiritualem generationem, atque carnalem. Quod si casu euenerit, non habebunt deinceps carnalis copule adinuicem consortium, qui communi filio com-  
patermitatis spirituale vinculum susceperunt.* Nicolaus vero Pontifex Episc. ad Salonitan. Episcopo. etsi mulieribus, quæ viri filium ex alia fœmina in lucem edi-

tum, de baptismatis fonte susceperint, cum viro matrimonij iure misceri permittit, et omnem alterius mariti ducendi spem sibi precisam esse, intelligant, tamen absque dubio spirituales affinitates admittit: sicut ex verbis eius apud Grat. decret. p. 2. causa 3. quest. 1. capi 3. licet intelligere: nosse desiderat. *Utrum mulier, qua viri filium ex alia femina percipit, de sacro fonte leuauerit, post modum possit cum eodem viro copulari.* Quos ideo non posse, decernimus, quia secundum sacros canones nisi amborum consensu, nullius religionis obsequium debet coniux dimittere coniugem. Nulla enim prohibibilis causa dubitandi Salonitano Episcopo fuisset: nisi affinitatem ex susceptione baptismi contrahi, manifeste constaret. Hanc autem affinitas non modo susceptorem cum suscepto, sed etiam cum eius veris parentibus ac filijs, ipsosq; susceptores inter se arctissime deuinciebat: ita vt legitimæ nuptiæ inter hoc Ecclesiastico ritu contrahi non possent, acque contraetæ dirimerentur. De qua re: præter alia lata nuper Deus dedit Papæ Concilij Moguntin, & Nicolai I. testimonia, etiam Urbanus II. in can. quod autem 30. quest. 4. sic inquit: *quod autem uxor cum marito in baptismo summo non debeant suscipere puerum, nulla auctoritate reperitur prohibitum. sed, ut puritas spiritalis paternitatis ab omni labe, & infamia conseruetur immunis, dignum esse decernimus, ut verique simul ad hoc aspirare minime præsumant.* Quotestimonio si quis uti velit ad probandum, susceptorum multitudinem ante Urbanum

compa-  
ternitatis  
affinitas  
quos attin-  
geret.

usu fuisse: quia dicitur, viro, & vxori, qui duo sunt, eundē suscipere, non esse prohibitum: respondendum erit, Urbanū sic locutū, quia, licet id Leo I. veruisset, nondū tamen in legentium manus venerat: vel (vt Glossā placet) virū, & vxorē plures non putasse: quia vno carnis vinculo copulantur. Quare manere oportet, tam vni soli, susceptoris officio olim fungi licuisse: quam ex hac susceptione spiritualē cognationē esse ortā: quā ob id fortassē introducta est: vt significaretur, susceptores hac potissimum lege obstrictos esse, vt spirituales filios paterno amore prosequantur, atque in ijs, quæ ad vitæ Christianæ educationē pertinet, perpetuo cōmendatos habeant, donec illos opera, & præsidio suo egere, intellexerint. Quamobrem sapientissimē à scriptoribus rerū diuinarum *Patres* appellati sunt vt patet apud S. Augustinum serm. 116. de temp. Et Nicolaus Papa ad cōsult. Bulgar. cap. 2. cū dixisset: *ita diligere debet homo eū, qui se suscepit ex sacro fonte, sicut pater: quinimo, quanto præstantior est spiritus carne, tanto magis spiritalis pater est a spiritali filio diligendus: tū subdit: est tamen alia inter eos gratuita, & sancta cōmunio, qua non est dicenda cōsanguinitas, sed potius habēda spiritalis proximitas.* nimirū ille primus religionis administer susceptores admonitos volebat, illis in eam curā incubendum esse, vt spirituales filios paterna benevolentia, & amore prosequerētur: atque diligenter prouidendum, vt illi vita, & moribus tales se præberent, quales eos futuros esse, solēni cæremonia spoponderūt. Sed, quāuis hæc ita sint, non solet tamen

Co-pater-  
nitatis affi-  
nitatis  
introducā

Co-pater-  
nitatis affi-  
nitatis ad  
quos de-  
ducatur.

amplius Ecclesia cognationem baptismalem  
 ad susceptoris, vel suscepti filios deducere:  
 legitimo matrimonij vinculo hominum inter  
 homines societas latius diffundi possit. Quod  
 ab Alexandro III. Epistol. ad Episcop. Salerni-  
 tan. constitutum est: vbi ad eius interrogatio-  
 nes inquit: *tolerabilius nobis videtur, ut etiam per  
 compaternitatem geniti simul possint copulari, prae-  
 illam personam, per aquam compaternitas contrahitur:  
 nisi consuetudo Ecclesiae, quae scandalum genera-  
 aliter se habeat. perspicuum est enim, solum-  
 modo eum qui susceptionis particeps efficitur,  
 spirituali cognatione teneri: praeter quae  
 in vicis, ac regionibus, quae offensionis periculo  
 subiiciuntur: vbi affinitatis iura latius dif-  
 fundi, permillum est: cuiusmodi tamen ullatenus  
 fuisse, nullibi legimus. Eam postea consuetu-  
 tudinem, quae obliterari videbatur, Concilium  
 Tridentini Patres omnino reuocandam esse  
 censuerunt sess. 23. cap. 2. de reformat. ma-  
 trim. cum habent: *docet experientia, propter  
 multitudinem prohibitionum, multoties in casibus  
 prohibitis ignoranter contrahi matrimonia: in quibus  
 vel non sine magno peccato perseveratur, vel non  
 sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaque  
 quae sancta Synodus huic incommodo providere, et  
 a cognationis spiritualis impedimento incipiens, statuit,  
 ut unus tantum siue vir, siue mulier, iuxta  
 sacrorum canonum instituta, vel ad summum  
 numerum, & una, baptizatum de baptismo suscipiant:  
 inter quos & baptizatum ipsum, & eius  
 patrem, & matrem, nec non inter baptizantem,  
 & baptizatum, baptizatique patrem,**

ac matrem tantum spiritualis cognatio contra-  
batur.

susceptores alios in catechismo, alios in baptismo  
fuisse; eorum munera explicata: & hic de duce  
Via, & susceptorum nomine in tabula  
relato disputatum:

## CAP. XXXV.

Constat præterea, susceptorum in baptis-  
mo duplicis generis fuisse, primo ut ban-  
tur veteres, cum Christianæ religionis rudimen-  
ta Catecumenis tradenda erant: altero, cum sa-  
cro sancti baptismatis lauacro tangebantur. Il-  
lum catechismi, hunc baptismi susceptorem  
diceret. Cuius distinctionis meminit Higinus  
Pontifex apud Grat. de consecrat. dist. 4. cap.  
100. illis verbis: *in catechismo, & in baptismo,*  
*& in confirmatione unus patrinus fieri potest, si ne-  
cessitas cogit. non est tamen consuetudo Romana: sed  
per singulos singuli suscipiunt. Vbi intelligere est,  
idem discrimen inter catechismi, & baptisma-  
tis sponsores assignari, quod inter utrumque, &  
confirmationis susceptorem positum est. Cui  
tamen cum illis nullam similitudinem, aut so-  
cietatem intercedere, omnes fatentur. Ideo  
que à Glossa in eum locum dictum est: *com-  
paternitas in catechismo contracta, non est tanti  
momenti, ut matrimonium dissolvat: cum vix etiam  
impediatur, quæ verba, licet affinitatem, quæ  
inter catechismi susceptorem, & susceptum**

Suscepto-  
res erant  
duplicis  
generis, a  
lij catechif-  
mi, alij  
baptismi.

Affinitas  
inter cate-  
chismi sus-  
ceptorem,  
& suscep-  
tum.

oriebatur, leuem fuisse, ostendant; alium ta-  
 men ipsum à baptismi susceptore fuisse, viden-  
 tur indicare. Et quidem S. Dionysius Areopagita de catechismi susceptore ante alios im-  
 minit lib. de Ecclef. Hierarch. cap. 2. vbi cum  
 solennes ceremonias, quæ catechismi proprie-  
 erant, referret, de eo sic inquit: tum ei ex pro-  
 rationem perfectam, qua ad Deum accedendum  
 explanataque eidem diuina vita, & ut ita dicam  
 conuersatione, ex eo præterea querit, num ita in-  
 tuat vivere: cum promisit, manum eius capiti ad-  
 mouet, signoque edicto, sacerdotibus imperat, ut  
 atque sponsoris nomina perscribant. & paulò post  
 virum ad se portari iubet, cumque sacerdos aliquis  
 ex tabula professionis & cum, & sponsorem citat.  
 hic quidem ad aquam à sacerdotibus ducitur. Quo-  
 bus locis etsi distinctio inter catechismi, &  
 baptismi susceptorem minimè appareat; tamen  
 alterum cum altero nequaquam conuenisse  
 plurima argumenta, quæ ex S. Dionysio, & alijs  
 huc spectat, quod multi Patres docuerunt, sus-  
 ceptoris munus fuisse, eos, qui in Christi mi-  
 litiam nomen dabant, & ante, & post bap-  
 tismum, fidei mysterijs informare: ut nimirum,  
 qui ante baptismum hoc munus obibant, cate-  
 chismi susceptores, qui verò post, baptismatis  
 appellarentur. Quod multò clarius, & mani-  
 festius patebit: si singula eorum munera ex-  
 plicentur. In primis namque ad eos specta-  
 bat, baptizandum, vbi lustralis aquæ flamma  
 in eo emicuisset, ad sacerdotem ducere. Quam  
 rem S. Dionysius Areopagita elegantissime et

Suscepto-  
 rum mu-  
 nera, pri-  
 mum, du-  
 cere ad E-  
 piscopum.

presit lib. de Eccles. Hierarch. cap. de bapt. qui  
 autem (inquit) horum, quae verè caelestia sunt, par-  
 ticeps fieri cupit, cum ad aliquem horum, qui ini-  
 tiati sunt, adiit, suadet ille quidem, ut se rectè ad  
 sacerdotem ducat: ipse autem se omnino ea, quae tra-  
 dentur, sequiturum esse, pollicetur, petitque ut & ad  
 eum adducatur, & vita omnis, quam deinde ager,  
 curam suscipiat. illum autem, qui eius quidem sa-  
 laris sancta cupiditate ducitur, sed ex rei magnitu-  
 dine ingenium metitur, horror quidem repente, rei-  
 que difficultas deterret: ad extremum tamen id,  
 quod petiuit, benignè se facturum esse, promittit:  
 acceptumque eum ducit ad sacerdotem. Nequè di-  
 cas, nullam susceptoris mentionem hic esse.  
 Certum enim est, solummodò illum hac ora-  
 tione describi. Vnde Contemplator in hunc  
 locum, huius, inquit, honestissimi ordinis imago  
 est accedentis verecundia suorumque omnium casta  
 scientia, qui hominem ducem inquirit, per quem  
 recto itinere ad Pontificem eat. vterque enim lo-  
 cus ducis nomine susceptorem expressit, quod  
 adhuc ex græco textu clarius est. Vbi enim nos  
 hominem ducem inquirit, ille τὸν ἀνάδοχον ἔχον-  
 σα ἡγεμονεύοντα, inquit, hoc est, susceptorem ha-  
 bens ducem. Alterum munus erat, eum, qui re-  
 iectis tenebris vanarum superstitionum, luce  
 diuinitus immissa, ad Christianam religionem  
 transibat, brachio fulcire: à quo etiam suscep-  
 toris nomen profectum est. De quo quia alibi  
 dicetur, cum ad caeremonias, post baptismum  
 adhiberi solitas, venerimus: de tertio, quod e-  
 rat, baptizandorū nomine, Dei fidem, & Chri-  
 stianā pietatē profiteri, iam loquemur. Huius

Alterum  
 susceptoris  
 munus,  
 brachio  
 fulcire.  
 Suscepto-  
 res cur ita  
 dicti.

Tertium  
susceptoris  
munus,  
baptizant  
dorum no-  
mine fidem  
profitei.

innumeri Patres tam Græci quam Latini mi-  
minerūt: sed quia Latinorum maior copia est  
quam Græcorum, prius adnotatis quæ S. Jo-  
annes Chrysostomus in psalm. 14. conscrip-  
sit: *statim sacerdos exigit ab infirma atate pacta in-  
uentæ, & assentiones, & minoris atate fidei sus-  
susceptorem interogat, in Latinis persequen-  
diutius immorabimur. Ex his Tertullianus  
magnæ autoritatis scriptor, lib. de bapt. cap.  
18, eos qui, abiecto Idolorum cultu, Chris-  
tianos leges acceperunt, ad baptismalem sponsionem  
eò ardentius excitat, ut illorum susceptorum  
fidem præstitisse videantur quid enim, inquit,  
neceste est, si non tam necesse sponsores etiam per-  
urgeti, qui & ipsi per mortalitatem desituerunt pro-  
missiones suas possunt & prouentu mala indolis  
at quorum fidem suam liberare susceptorum  
pus erat, si baptizandorum nomine nihil pro-  
misisset? S. etiam Augustinus lib. 181 de temp.  
preces adhibere non definit, ut quotquot  
Euangelij lumen adducti sunt, cum intelli-  
gentia participes effecti fuerint, eam fidem, quam  
susceptoris, seu gestantis ore professi fuerunt  
& prima Christianæ religionis rudimenta per-  
discant. ait enim: *discat quisque fidem Apostoli-  
eam, quam professus est per ora gestantium in bap-  
tismo, cum ad annos intelligibiles venerit. Et Vn-  
fridus Strabo lib. de reb. Eccles. cap. 26. cum  
paruulorum baptismum nascente Ecclesia  
vfu non fuisse, tradidisset, aliam opinionem  
fidei plenam induit, ut susceptorum morem  
primis temporibus duci non oportere, ipse  
solummodo pro infantibus fidem dedisse, ex-**

Quimare

firmaret; puro, ea necessitate constrictus, ut  
 etiam, quod non probaret, id cogeretur con-  
 stantiae causa defendere. Sed rei nostrae satis est,  
 eum, susceptoris morem pro baptizandis fi-  
 dem suam obligandi, verbis omni luce clario-  
 ribus ostendisse; quae in hunc modum referun-  
 tur: *ex hac igitur occasione inuentum est, ut patrini,  
 vel matrina adhibeantur, suscepturi paruulos de la-  
 uacro; & pro eis omnia respondeant, quae ipsi per aeta-  
 tis infirmitatem confiteri non possunt.* Accedit eo-  
 dem testis locuples Rabanus Maurus, qui a-  
 pertè scribit lib. 1. de Institut. cleric. cap. 26.  
 infantum, qui diabolo nuncium remittere, &  
 fidem solenni religioni profiteri non possunt,  
 susceptores egregie partes obire; dum ad sin-  
 gulas interrogationes, se diabolum, & mun-  
 dum deserere, ipsorum nomine respondent:  
*in Ecclesia, inquit, saluatoris paruulorum, qui per  
 aetatem abrenunciare, & credere non possunt, per cor-  
 da, & ora gestantium salus adimpletur.* Deinde  
 Smaragdus in explicat. Epistol. de sabb. Pen-  
 tecost. haud dissimili argumento usus est, cum  
 & veterem susceptorum morem pro bap-  
 tizandis promittendi, & etiam eiusdem rei cau-  
 sam ita recenset: *paruuli, quamuis necdum loqui  
 possunt, tamen pro illis & consistuntur, & loquun-  
 tur, qui eos de lauacro fontis suscipiunt, nec immeritò  
 dignum est, ut, qui aliorum peccatis obnoxij sunt,  
 aliorum etiam confessione per ministerium bap-  
 tismatis remissionem originalium percipiant peccato-  
 rum.* Demum ad eandem consuetudinem per-  
 tinent non modò sponsoris, & fideiusso-  
 ris nomina à rerum sacramentum scriptoribus non semel

Cur susce-  
 ptores pro  
 infantibus  
 respondeat  
 Sponsoris,  
 & fideiusso-  
 ris nomina  
 vnde pro-  
 fecta.

vsurpata, sed etiam veterum Patrum testimonia, quæ susceptores pro infantibus solennia renunciationis, & professionis verborum cationemque Dominicam, & duodecim dei capita recitasse, testantur: quorum nam partem suis locis afferemus. sed, ne diu suspensus lectoris animus teneatur, hîc testimonia citabimus, quæ nostram fidem ab omni mendacij suspitione liberabunt. primum est Gennadij Masfiliensis lib. de Eccl. dogmat. cap. 15. vbi paruulorum, & rudium qui Christianæ religionis præcepta habere & baptismalibus interrogationibus respondere non possunt, vices à susceptoribus gerere oportere, docet his verbis: *si paruuli sunt, vel imbeciles, qui doctrinam non capiunt, respondeant illis, qui offerunt eos*; alterum Honorij Augustinensis, qui in specul. Eccles. susceptores præcipit, vt, quando baptizandorum nomen responderunt; ac, eos suscepta Christiana era sancte, pieque culturos, polliciti sunt, eisdem cum veræ pietatis officiis, tum fidei Christianæ mysteriis erudire non desinant: patet aut, *qui fidei iussores sunt coram Deo pro baptizandis infantibus, ac responderunt, eos Symbolum, orationem Dominicam doceant, &c.* Quæ sunt veterum testimonia quia solummodo infantibus meminerunt, conicere possumus, susceptores solum pro infantibus fidem obligare solitos fuisse. Sed iam ad quartum susceptoris munus accedendum est, quod in eo politum erat, vt spirituales prolem fidei Christianæ rudimentis imbuerent, nouellasque ac tra-

Susceptores pro solis infantibus fidem obligabant.

Quartum susceptoris munus erat docere.

tas in horto Christi depactas, & confitas plantas copiosis sanctarum preceptionum imbribus irrigarent; quemadmodum ex Sancto Dionysio Areopagita lib. de Eccles. Hierarch. cap. de bapt. manifeste intelligitur, cum ait: illo (iuxta quod a susceptore suo fuerat edoctus) impietatem, & viri boni ignorantiam accusante, &c. quem secutus sanctus Augustinus serm. 163. occasionem arripuit susceptores adhortandi, ut spirituales filios ad omnem pietatis rationem erudiant; nec vñquam patiantur, illos esse desertos, quos semel in fidem, & clientelam suam receperunt. Sic enim scribit: *mones, ut quicumque viri, quacunque mulieres de sacro fonte spiritualiter filios exceperunt, cognoscant, se pro illis fidei suffores apud Deum extitisse, & ideo admoneant, ut castitatem custodiant.* Et infra, cum susceptores officij sui admoneret, ac summa fidei Christiane capita primum ab ipsis, tum à baptizatis ediscenda demonstraret: *ante omnia Symbolum, & orationem Dominicam & vos ipsi tenete, & illis, quos suscepistis de sacro fonte, ostendite.* Rursus serm. 116. cum omnes homines, tum præcipue susceptores etiam, atque etiam precatur, ut eos, qui sue curæ, ac prudentiæ commissi sunt, ad cælestium præmiorum hæreditatem Christianæ disciplinæ præceptis, pieque agendi usu instituant: & promissionis suæ memores, curent diligenter, ut illi tales in Dei timore, & Christianæ religionis officiis se gerant, quales eos se præstituros esse, promiserunt. Verba illius hæc sunt: *non solum exemplis;*

sed etiam verbis eos ad omne opus bonum admo-  
debetis, precipue tamen qui filios, aut filias exco-  
re religioso amore desiderant, & antequam bap-  
tentur, & posteaquam baptizati fuerint, de casti-  
te, de humilitate, de sobrietate, vel pace eos admo-  
re, vel docere non desinant, & agnoscant, se fidei  
sore esse ipsorum: pro ipsis enim respondent, cum  
renuntient diabolo, pompis, & operibus eius. Ita  
sum etiam facile colligi potest ex vita S. Ger-  
trudis Virginis, quæ ex peruetusto Ms. codi-  
transcripta apud Surium extat; ubi eximie  
dolis puellam à Beata Gertrude parentum pa-  
tribus de baptismo susceptam, Christiana  
religionis, & officij præceptionibus exculta  
fuisse, legimus in hunc modum: cum ergo præ-  
ter parentes virginis, filiam suam sacro fonte regene-  
rare decernerent, præsentiam huius virginis ex-  
tunt, & ut eius regenerationis fieret testis, in-  
vnes preces descendunt. Beata autem Gertruda  
pia precii assensum præbuit, virginique Gudilarege-  
nerationi non solum interfuit, sed etiam manus  
suarum munus litia eam sanctificavit, & de sacro fonte  
levavit. Unde factum est, ut virgo virginis ma-  
per spiritum fieret, atque ulterius ad ubera diti-  
narum educandam suspenderet. Præterea susce-  
ptoris partes fuerunt, baptizatum octo diebus  
ad Ecclesiam deducere. quod S. Dionysius  
reopagita innuere voluit: cum lib. de Eccle-  
Hierarch. cap. de bapt. susceptorem ipsum  
ta duccem appellat, sic inquit: ter illum demer-  
git, atque in tribus eius, qui innotatur, demersum  
emersionibusque trium divina beatitudinis perfec-  
rum nomina appellat, & inuocat, acceptumque

Quintum  
suscepto-  
munus erat  
baptizatu-  
per octo  
dies dedu-  
ecit.

sacerdotes & sponsori, & duci via permittunt. Vbi nota, aut expungendam esse particulam, & vt textus sit, sponsori duci via, aut eam poni pro id est: quo modo Plautus annos, inquit, natus iam sexaginta, & senex. Sentio enim, susceptorem a viē duce non differre; cui opinioni fauent græca ipsius Dionysij verba παραλαβοίτης δὲ ἀντιοι ἱερείς, ἐν χειρὶ ἔσσι τῶ τῆς προσαγογῆς ἀνάδοχο λέγει ἡγεμόνι, in quibus ἀνάδοχο & ἡγεμόνι Synonima esse, ex particulis τὸ & ἡ colligitur. vt omittam, eundem articulum, præpositiuum, τὸ, vtrique nomini inferuire, & vocem, προσαγογῆς ἀνάδοχο, id est, vt græcè sonat, susceptori, vt ab interprete male vertitur, sponsori, æquè ac ἡγεμόνι præmitti. quæ ad eandem vtriusque nominis significationem demonstrandam plurimum valere, omnibus græcæ linguæ non ignaris persuasissimum est. Præterea idem Sanctus Dionysius, cum eiusdem rei mentionem faceret, paulo supra dixit: τῶ ἀνάδοχο ἐχέσσει ἡγεμόνα, quæ latinè reddimus, susceptorem habens ducem, vt si quis ea perpendere voluerit, quod amplius meam sententiã in dubium vocet, non habeat. Addam tamen, explendi officij causa, Contemplatoris in eum locum auctoritatem, qui baptismi cæremonias explicans, susceptoris, & ducis, nomina sic inter se confundit, vt alterum pro altero usurpare non dubitet: omnia, inquit, significat Pontificis signum, quod dat venienti, sacerdotumque salutaris illa descriptio, quæ & eum annumerat iis, qui salutem consequuntur, & sacrosanctis monu-

O iij

Susceptor  
à duce viæ  
non differ-  
tebat

mentis cum illo etiam sponsorem consecrat, quasi  
 talis ad veritatem via illum quidem amatorem  
 Verum, diuinique ducis comitem hunc vero certum  
 inerrantemque gradu, ductu diuinitus tradito, eius  
 qui sequitur ducem. Imo etiam Amalarius For-  
 tunatus lib. 1. de Eccles. Offic. cap. 29. huius  
 consuetudinis præclare meminit, cum ait: *no-*  
*phyti nostri per octo dies subducibus, presbyteris so-*  
*licet, atque patrinis, & matrinis deducuntur, ubi*  
 quod presbyteri inducendi muneri socie-  
 tem, communitatemque assumuntur, ad pos-  
 terioris æui consuetudinem pertinet: cum ni-  
 mirum, Ecclesie primæ charitate sententia  
 imminuta, susceptores officij sui partes neg-  
 gere cœperunt. De quo plura suo loco dicitur.  
 Verum enim vero Contemplatoris verba  
 quæ nuper attulimus, amplius demonstrant  
 susceptoris nomen in tabulas referri solitum  
 fuisse. Quod ab ipsomet<sup>a</sup> S. Dionysio ante  
 traditum fuit illis verbis: *ex eo præterea quæ-*  
*num ita instruat vivere: cum promissit, manum e-*  
*ius capiti admouet, signoque edito, sacerdotibus in-*  
*perat, ut viri, atque sponsoris nomina pro scribantur*  
*scriptis, sacras preces perficit. Et paulo post, dum*  
 baptismi caremonias diligenti oratione em-  
 merat: cumque sacerdos aliquis ex tabula profes-  
 nis & eum, & sponsorem citat, hic quidem ad-  
 quam a sacerdotibus ducitur, ad Hierarchæ manum  
 ab eis manuductus. Quæ quidem consuetudo  
 tiam nunc vbiq; seruatur. quemadmodum  
 Acta Ecclesie Mediolanensis, Manuale Pato-  
 chorum, & aliorum curam animarum ha-  
 bentium a Ioanne Iacobo Ecclesie Salisbur-

Suscepto-  
 ris nomen  
 in tabulas  
 referebatur  
 a Lib. de  
 Eccl. Hie-  
 rarch. cap.  
 de bapt.

genlis  
 aliaru  
 tem q  
 baptea  
 Etatio  
 scepi

S  
 pu  
 cuius  
 mero,  
 quæ d  
 de sus  
 huic c  
 santi,  
 fuisse  
 scipien  
 scepi  
 dine s  
 confes  
 tres, co  
 nas: l  
 fonte  
 inquit  
 compa  
 expofi

genſis Archiepiſcopo conſcriptum, & ſacri aliarum regionum codices oſtendunt. Id autem quo modo, tempore, & loco fieret, quia baptizandorum nomini ſimile eſt, ad eam tractationem integrum reſeruabo. Nunc de ſuſceptricibus diſſeramus.

*De ſuſceptricibus, & earum oſculo.*

C A P. XXVI.

**S**uſceptricis mentio, ſicut & ſuſceptoris, apud antiquos Patres frequentiffima eſt: cuius nominibus, origini, cognationi, numero, ac ceteris eiufmodi ſuperſedeo, quod, quæ de ſuſceptore ſupra attulimus, eadem & de ſuſceptrice intelligi poſſunt. Quare illud huic capiti attextuiſſe, ſatis fuerit, quod recuſanti, ac nolenti calamo excuſſum eſt: moris fuiſſe apud veteres, cum vir, & fœmina ad ſuſcipiendum admittebantur, vt ſuſceptor ſuſceptrici oſculum infigeret. Ex qua conſuetudine ſcriptum eſt à Gratiano 3. p. decret. de confecrat. diſt. 4. cap. 104. *monachi ſibi compa-*  
*tres, commatresve non faciant, nec oſculentur fœmi-*  
*nas: hoc eſt, nec vna cum fœminis de ſacro*  
*fonte ſuſcipiant. Proinde gloſſa in eum locum*  
*inquit: forte tangit conſuetudinem alicuius loci, vbi*  
*compares oſculabantur commatres. Cuius ego vt*  
*expoſitionem partim amplectar, dubita-*

Suſceptor  
ſuſceptrici  
oſculum  
infigebat.

Cur ſuſce-  
ptores ſu-  
ſceptricib.  
oſculum  
darent,

○ iiij

tionem tamen, & circumscriptionem non  
mitto. Nam credere fas est, vbiq; eam cu  
suetudinem viguisse; vt signum esset, sulce  
torem cum susceptrice spiritali affinitate

Osculi ori- uinciri. Cuius rei fundamentum à Gentili-  
go à Genti- Hebræorumque moribus ductum est, que  
lium, & Hebræorū propinquos, & affines osculari solitos, in  
moribus. cum de baptizatorum osculo dicitur, plu-  
Veteres tā bus locis significabimus. Nunc autem ea co-  
Gentiles, suetudo penitus abrogata est: tum quia spū-  
quam He- tualis affinitas inter omnes constat, vt eamo-  
bræi cogna ternis signis declarare, necesse non sit: tū qu-  
tis oscula providere oportuit, ne huiusmodi cæremom-  
infigebant adhibeantur, quæ perditis, ac nefariis homi-  
Oculi con nibus peccati, aut offensionis materiam ad-  
suetudo ab- re possint.  
rogata, & re possint.  
quar.

## De testibus.

## CAP. XXXVII.

Testes in  
baptismo  
adhibeban-  
tur.  
ad Tim. 6.

**E**Xtremum huius libri testes habebunt  
quos in baptismo adhibendos esse. Eccle-  
sia, Apostoli auctoritate confirmata, certum  
& exploratum semper habuit: ita enim ille  
Timotheum scribit: *confessus es bonam confes-  
sionem coram multis testibus.* Nam, quod inquit,  
*confessus es bonam confessionem,* nemini dubium esse  
debet, ad baptismum referendum esse: in quo  
scilicet solennem fidei professionem edere so-  
lemus. Atque hanc esse eorum verborum pro-

priam, & veram sententiam, veteres sancti Patres, qui eum locum interpretati sunt, ostendunt, præcipuè vero Primasius, qui ad cap. 6. prioris ad Timoth. allatis iis verbis, *confessus es bonam confessionem*, addit, *in baptismo*. Sed quando exemplis firmius in quæstionibus enodandis esse nihil potest, dabimus operam, vt exemplū ex veteri historia eruamus, id manifestè videmus in vita S. Gutilæ Virginis, quam ex peruetusto Ms. codice transcriptam Laurentius Surius suppeditat. ibi enim sanctæ Virginis parentes, cum filiam à nefariis ritibus ad Christi religionem traducere, fideique mysteriorum imbutam, vitalibus aquis abluere cuperent, à Beata Gertrude precibus impetrarunt, vt sacræ, & salutari ablutioni testis interesset: cum ergo, inquit, prædicti parentes Virginis, filiam suam sacro fonte regenerare decernerent, præsentiam huius Virginis exoptant: & vt eius regenerationis fieret testis, in omnes preces descendunt. Beata autem Gertrudistam piæ precis assensum præbuit, &c. Inferiorum autem temporum testimonia superuacaneum est querere, cum pleni sint libri multorum Patrum de hoc more differentium, nuncque etiam vetus consuetudo in plerisque regionibus integre custodiatur, vt ad sacros ordines promouendi, vel alio sacramento initiandi, habiti baptismi fidem inuenire possint.

Cur etiam  
nunc testes  
in baptismo  
adhibeantur.